tus labori et mulier parata dolori. Layn
effect⁹ est fratricida: q̄ fuit terribile. ⁊ iō
maledict⁹ usq; ad aliā gnationē. Et aliud
magis terribile. s. p̄ diluuiū mundi destru
ctio p̄pter pctm̄. vñ bñ dicit: q̄ ascendebat
de mari ⁊ erat terribilis. Sequitur q̄ ca
put bestie erat de auro. Et p̄ aurū i hoc lo
co pōt intelligi sequēs tempus post dilu
uiū: in quo simplr̄ regnauit supbia: q̄ cō
parat auro. qm̄ sicut aurū est caput oim̄
metalloꝝ: ita supbia oim̄ pctōꝝ. Sequit
q̄ pect⁹ ⁊ brachia statue erāt de argēto.
et per argētū moralr̄ designat tertia etas
mundi. in qua supra modū regnauit cupi
ditas: propter quā in punitionē de⁹ excel
sus immisit famā sup̄ terrā: p̄pter quā il
li patriarche abraā ⁊ iacob uoluerūt fuge
re in egyptū. Quare p̄ argētū designat cu
piditas: Rñdēt qm̄ argētū pōt interpre
tari ardoꝝ gentiū. hoies cupidi ardent in
igne cupiditatis. Uenter ⁊ femora statue
erāt de ere. ⁊ p̄ hoc intelligit quarta etas
mūdi: in qua regnauit gulositas / p̄fertim
in iudaico p̄plo: q̄ p̄pter istud pctm̄ gras
uiter fuit punit⁹ in deserto. Ps̄. Qm̄ ad
huc esce eoz erāt in ore ipoz ⁊ ira dei ascē
dit sup̄ eos. Libie statue erāt de ferro. ⁊ p̄
ferrū intelligit quinta etas mūdi: in qua
fuerūt hoies ferrei indurati inestimabili
ter ⁊ hoc in pctō idolatrie. sicut p̄tz de oī

Abora
liter de
statua
quā vi
dit Da
niel.



no dicitur

prose

Ser. 3. quod dicitur p̄parare nos ad recipiēdū sū

Dñica. I. aduentus.

bus regibus iudeoy tribus exceptis. Fue-
rūt etiā ferreū dūre ceruicis sicut testant
Moyses. brūs Stephan⁹. ⁊ brūs Johā-
nes baptista de illo p̄p̄lo iudeoy. J̄tē pe-
des statue ex vna parte erat de ferro: ⁊ in
alia parte de terra; vbi erat varietas ma-
gna. et p̄ hoc itelligitur p̄ctm̄ hypocrisis:
vbi est fictio ⁊ variatio. qđ p̄ctm̄ maxime
regnavit in sexta etate mundi / p̄sertim in
phariseis: q̄bus maledixit x̄ps multis lo-
cis sacre scripture. S̄z quid sequit̄? Absci-
sus est lapis de mōte. lapis x̄ps. lapis an-
gularis q̄ fecit vtraq; vnū: in quo duo pa-
rietes sunt cōiuncti. i. due nature / diuina
sc̄z et humana in p̄sone filij dei vnite inse-
parabiliter ⁊ cōiuncte. Iste lapis abscisus
est de mōte. i. de m̄re virginie: qđ fuit mons
in quo beneplacitum est deo habitare. ab-
scisus: p̄ceptus ⁊ natus. sine manib⁹: hoc
est sine humano semine: sed mystico spira-
mine. Iste lapis in suo aduētū totam sta-
tuā ⁊ oēs pres ei⁹ destruxit. i. oīa p̄ctā su-
perius notata. immo caput de auro: h̄ est
superbiā pyirtutē humilitatis. qm̄ filius
dei in aduētū suo hūiliter / humiliter icarna-
tus est. Magna humilitas fuit qđ m̄ hu-
milis ip̄m portauit. ip̄m genuit: et nutri-
uit. In humili ciuitate nat⁹ est. in humili
loco pos̄t⁹ est. p̄ viros humiles adoratus
est. i. pastores. p̄ humiles ap̄los sociatus.
oīa sunt humilia ad destructionē capitis
statue. De ista grandi humilitate Grego.
Propter magnū p̄ctm̄ sup̄bie deus venit
ingētes / mox⁹ aiarū: oīpotētem medicū
de celo vsq; ad formā serui humiliavit et
in ligno suspēdit. Item lapis abscisus de
mōte destruxit p̄ct⁹ ⁊ brachia statue que
erat de argēto. hoc ē p̄ctm̄ cupiditatis et
auaricie. Quapropter saluato: selsi in suo
aduētū paupratē elegit. Paup̄ nat⁹ est in
aliena domo. in stabulo. paup̄ uersatus
est: qđ nō habuit pp̄riā domū vbi reclina-
ret caput: paup̄ mortu⁹ est ⁊ nudus i cruce:
i. alieno sudario inuolut⁹: ⁊ i alieno tu-
mulo sepult⁹. vnde quedā glo. sup̄ eplam
bri pauli ad Cor. Oēs diuites facti sunt
in paup̄erē xp̄m credētes. ergo sese condē-
nat paup̄. i. cella paup̄ in cōsciētia. Bern.
Magnā abusiō ⁊ nimis magna vt diues
velit esse vermiculus vilis: p̄pter quē de⁹
maiestatis et de⁹ sabaoth voluit paup̄ fie-
ri. Uētrē ⁊ femora lapis destruxit. i. p̄ctm̄
gulositatis x̄ps in suo aduētū destruxit p̄

abstinētiā cū iohāne baptista p̄dicādo:
immo ip̄e multo tpe ieiunauit. J̄tē lapis
iste x̄ps tribus ferreas statue destruxit. i.
p̄ctm̄ idolatrie. In cuius signum eo nato
de virgine oīa idola egypti corruerūt. J̄tē
lapis x̄ps destruxit pedes. i. peccatum hy-
pocrisis: qm̄ in suo aduētū nullā fictionē
ostendit: ⁊ falsis hypocrisis multas male-
dictiones intulit. sicut in decurru euange-
lij satis cōtinet. Q̄ in scđo loco moyses vi-
dit rubū qđ ardebat ⁊ nō cōsumebat. Ero.
ij. Magna ⁊ alta visio fuit ista ⁊ p̄t̄ tri-
pliciter itelligi. Prim⁹ in intellectu: vt ignis
ardēs sit deitas x̄pi. arbor: illa spinosa sit
humanitas in eodē. diuinitas: nō cōsum-
p̄t humanitatē. imo vtraq; natura inte-
graliter māsit in x̄po. vñ Leo papa in ser-
mone de natiuitate x̄pi. Verbū dei filius
p̄pter liberādū ab eterna morte hominē:
factus est hō: ⁊ tāto federe vtrāq; naturā
cōseruit: vt nec inferiorē cōsumeret assum-
ptio. salua ergo vtriusq; pp̄rietate i vna
coēnte p̄sone / suscipit ⁊ a maiestate hūilī-
tatis: ⁊ a v̄tute i s̄mitas: ab eternitate mor-
talitatis: quaten⁹ mediator: ⁊ mox ei⁹ vor-
et resurgere posset ex altero. Scđs in tele-
crus visionis est. ignis nō cōbussit rubū:
hoc est maternitas nō abstulit: nō cōsum-
p̄t ḡginitatē. immo maria simul extitit
m̄r et virgo. ergo visio magna valde. An-
te de qđ ignis sit cū v̄tutē i rubo: hoc est
qđ maria sit mater ⁊ virgo. hoc affirmant
pp̄hetarū oracula. figuraz signacula. an-
tiqua miracula. paganoy testimonia. Pri-
mo ⁊ bñ de hoc lunt figure in antiquo re-
stamēto. vtpote virga aaron que floruit. ⁊
stella qđ resp̄lēdit. vñ cātam? Virga iesse
floruit: ḡgo deū ⁊ hoīem genuit. J̄tē gery-
minauit radix iesse oīa ē stella. J̄tē pp̄he-
tarū oracula: sicut illud Esa. in. c. vii. Ecce
virgo ꝑcipiet ⁊ illud Viere. xxxi. Nouū
fecit dñs sup̄ terrā femina ⁊c. J̄tē antiq̄ B
affirmāt miracula: sicut tēplū rome vocas-
tū tēplū pacis. qđ corruit qm̄ virgo pepit:
sicut romani a dijs suis destructo tēplo re-
sp̄solum habuerūt. J̄tē paganoy testimo-
nia. sicut recitat brūs Tho. ij. h̄. An rome
inuētus est hō sepult⁹ lōge ante natiuita-
tē x̄pi habēs in pectore laminā aureā vbi
erat scriptū. nascet x̄ps de ḡgine credo in
eū. de hoc intellectu dato loquitur Orige-
nes in homelia. Mater ei⁹ immaculata:
mater intacta: mater incorrupta: mater s̄

ap̄t angul ar̄

Psal.

ho has

lij dei sancta est: et castitatis sigillum non perdidit. Cui alludit Faustus in sermone de natiuitate. Probat iniquitatem dñi ordo nascēdi. Concipit virgo uirilis ignora cōsōrij: infans excipitur: nec tñ uirginitas violat. fas em̄ erat p̄ dño ex uirgine fm̄ carnē nascente: meritū cresceret castitatis. nec p̄ eius aduentū violaretur integritas: qui uenerat sanare corruptā. Tertio intellectus uisionis pōt esse quatenus rubus sit hō bonus: et ignis i rubo sit tribulatio seu aduersitas i hoie iusto. et licz tribulatio cōburat: uerex hoem iustum: tñ ipsum nō cōsumit: per desperationē: qm̄ uirtus patiētie ipsum preseruat. Iustus patiens se habet ad modū salamandre que uenit de igne. ita patiens uiuit et pascitur de igne tribulationis. Itē asinus de herbis p̄gitiuitis. et strutio comedit ferrū qd̄ domat alia metalla. ergo hō patiens se hz ad modū strutionis: asini: et salamandre. Est em̄ hō iustus patiens sicut aurū quod in igne p̄burat et depurat. Et hō impatiens est sicut palea que statim in igne cōburit. Cū Aug. lib. de ciuita. dei sic inq̄r. Sub uno igne aurum rutilat et palea fumat. et ybi palea cōburitur: frumēta purgatur. ita vna et eadē vis bonos p̄bat purificat eliquat: malos dānat estuat et exterminat. Rubus ybi est ignis et nō cōsumitur: fuerit martyris secti. presertim uincientis et lauretius: qui igne naturali cōbusti: cruciati: p̄ impatiētia cōsumpti nō fuerūt: immo magis p̄bati. de q̄bus in ecclesiastico. c. xxvij. Cāsa figuli p̄bat fornax. In tertio loco uidit iacob scalā attingentē a terra vsqz ad celū: et uidit angelos ascēdētes et descēdētes per scalā et dñm innixum scale. Scala illa tā mirabilis designat in: carnationē filij. vñ sunt due virge. s. due nature/ diuina pariter et humana. Itē in scala sunt multi gradus: multe gnationes a q̄bus descēdit xps fm̄ carnē/ vñ tēporale gnationē. et sunt. xliij. nūero quas describit sc̄tūs Math̄theus in suo euāg. s. in ca. Liber (inquit) gnationis iesu xpi/ filij dauīd/ filij abraam. abraam genuit ysaac. ysaac tē. Hec isti gradus sunt varie cōiunctiones idiomatum: ut pote deus et hō: creator: creatura: diues pauper. et eternus tēporalis tē. Per istā scalā angeli descēdēbant et ascēdēbant. sicut gabriel descēdēs ad salutandū uirginē. Itē ad nūciandū

pastoribus natiuitatē cū multitudine angelorū: ybi audite sunt voces. s. glia in celis deo: et in terra par hōibus bone uoluntatis. Ista scala attingebat a terrā vsqz ad celū. a terra p̄pter humanitatē que de terra est: vsqz ad celū p̄pter diuinitatē. dñs innixus scale/ filius dei: in quo et ad quē incarnationē d̄i terminata. h̄ nos aspiciam? alōge. Nā impletū est qd̄ moyses et ceteri p̄phete implendū p̄dixerūt: ac ueridice aspererūt. Ergo sum? nos aspiciētes. Quis est iste qui uenit tante potestatis. Unde uenit qz de loco magne dignitatis? Locum ybi uenit excessiue humilitatis. Primo aspiciam? quis est iste q̄ uenit. Quis est? respondit gabriel. filij altissimi: equalis patri altissimo. oī potēs et metuēdus. Iste fuit vna de tribus insignis sp̄onis i posse excedēs oēm purā creaturā. ergo aspiciam? et simus de numero illoz de quibus ap̄la heb. xij. Aspiciētes in autōrē fidei et cōsummatōrē iesum: qui proposito sibi gaudio sustinuit crucē. Itē aspiciētes uide uenit. Unde uenit: de sinu patris. de summo celo. uenit alōge. aspiciētes alōge. qm̄ scriptum est. humilia respicit et alta alōge cognoscit. p̄. ad modū aquile que alōge respicit pisciculos natātes in mari. et p̄pheta Esa. xxx. Ecce nomen dñi uenit de longinquo. Item aspiciētes ybi uenit. quoniam uenit in yterū uirginis. uenit in obscurā carnē. uenit in uallem tenebrarum. uenit in mundum istum malignum. uenit ad acquirendum ouem perditam. uenit sicut medicus ad sanandū infirmitatem grauem. uenit ad saluandū hominem perditum. uenit ad redimēdum hominem captiuū. uenit ad superbiam destruendam. In quibus omnibus apparer inestimabilis hūilitas creatoris. Unde Bern. in sermone de aduentu. Quid tu superbis terra et cinis: aspice te ipsum. Si superbiētibus angelis deus nō pepercit: quantum tibi putredini et uermi: nihil ille fecit: sed cogitauit tñ superbiām: et in momento precipitatus est. Aspiciamus istā q̄ dicta sunt: attendētes uerbū salomonis Prover. s. Extendi manū meā/ beneficiendo: et nō fuit qui aspiceret. Sic aspiciētes redemptōrē nostrū alōge per fidē bonā: digni erimus aspiciere per speciem et faciei uisionem. Cuius uisionis nos participātes tē.

Scala qua uidit iacob

Dominica prima aduentus. Ser. ij.



Spiciens alio

ge ecce video dei potentia
Alia iam prima parte: scy
de videtur deum alonge
et in enigmate in primo
sermone: restat psequenda secunda pars.
Pro introductione pntis sermonis vbi dicitur
q sunt quida qui videt non alio: sed de
ppe facialiter et multu clare: de qua apo
stolus vbi. s. Luc aut facie ad facie. i. ma
nifeste. Quid aut sit aspicere facie ad fa
cie: exponit Aug. lib. soliloqoru sic. Quid
est inqt videre facie ad faciem: nisi qd ait
apls. cognoscere sicut cognitus sum: tri
nitatem tuam dne deo. Hoc est videre cogno
scere patris potentia: filij sapientia: sps
sancti clementia: ipsius summe trinitatis
vna indiuisam substantiam.

Puma pars.

Tertiu modu dixi esse

q sunt alii qui no videt deum nec de prope
nec deloge: sicut p dices danati. qm scri
ptu est. Tollat ipius ne videat gloria dei
Esa. xlvj. No huius est. nos videm? qvisti
bile et supflua distantia non videt propter
ipropositione inter visibile e videtur. et q
peccatores danati in excessiua distantia
sunt longe a deo: qm longe a pctoribus
salus. ideo deum videre non possunt. Esaie
lix. Iniquitates vre diuiserunt inter vos et
deum vestrum. et peccata vestra absconde
runt faciem eius a vobis.

Declarato introitu venio ad declaran
da visiones in alio sermone propositas q
restauerunt. vñ in qto loco Job vidit. Ai
di inquit sole cu fulgeret: et luna incedere
tem clare: et leratus est cor meum. Job. xxxj.
Que sole cum luna vidit Esdras legisdo
cto: magn? sicut ipse recitat in. iij. li. suo:
vbi inter alias reuelationes sibi factas
fuit hec vna. Angelus gabriel reuelauit
Esdras dicens. Relucet sol nocte: et luna in
meridie: de ligno sanguis stillabit: et lapis
dabit vocem suam. et populi comouebunt
qui habitant super terram: et volatilia comu
rationem facient: et mare pisces eijciet.
ignis frequenter emitret. bestie agrestes
transmigrabunt regionem suam. Adora
liter ista videntur pertinere ad tempora
primi aduentus iesu xpi filij dei: qm tunc

sol iusticie xps nocte nascendo de virgine
matre emicuit atq; refluxit: quaten? vide
retur nor conuersa in diem. imo hora illa
nocturna tres soles apparuerunt in oriente:
qui in vno sole pariter puenerunt. Illa
hora ortus est sol: et cõgregati sunt deus et
homo: mater et virgo: fides et cor humas
nu. et luna in meridie. Dec est luna pfecta
in eternum. humanitas assumpra a filio
dei incessit clare. hoc est p longu spaciũ
huanitas xpi signis et miraculis in hac vi
ta respanduit: qm fuit sicut luna plena
in diebus suis. De ligno stillabit sanguis
hoc fuit impletu in passione: qm de cru
cis paribulo stillauit sanguis in abundan
tia magna de diuersis partibus corporis
xpi. Lapis dabit vocem. lapis in qua ille. s.
qui est absconditus de morte. xps dei filij: la
pis angularis: lapis a iudeis reprobar?
dedit vocem predicationis in vita sua. Po
puli qui habitant super terram comouebunt.
hoc est mutabuntur de infidelitate ad fi
dem vera. Et volatilia comutationem fa
cient. i. apostoli transibunt de gente in gen
tem. comouebunt corda multoꝝ quia assu
ment pennas vt aquile volabunt et non
deficient. Mare pisces eijciet. hoc est di
ctu iudea muta et incredula ac multum
amara: pisces. deuotos fratres hoies. scy
aplos repulit et pdicatione eouidem: et
tunc fere agrestes et gẽtiles de regione sue
infidelitatis ad fide catholicã transmigra
uerunt. Ignis charitatis p filium dei ves
nienter in carne emissus est: qm scriptum
est. Ignem veni mittere in terram: et quid
volo nisi vt ardeat. Luc. xij.

In quito loco vidit helias igne. Stas
in spelunca vidit et ecce dñs transiit: et spi
ritus grandis et fortis: et post spm comos
tio: et post comotione ignis: et post igne
sibilus: et ibi dis. iij. Regu. xij. Ista oia
pnt applicari ad primu aduentu nri redẽ
ptoris. vt dñs transiens sit filius dei: qui
transiuit ingrediendo et egrediẽdo p por
tam clausam. hoc est cõceptus est et natus
est temporaliter sine fractioe. sine apertioe
clauso semper vtero virginis mris. sicut
dicitur infra. Post spm grandis et fortis.
iste est sps sanctus qui obducauit mariam et
eandem sanctificauit: qui est gradis: qm
creator omniu. et fortis: nec mirum: qm
omniu est artifex omne habens virtute.
Sapiens, qui forte fecit sanonem: qui

figura

no a

virtute spūs sancti dilaceravit leonē. phili
 sūm expugnauit. ⁊ vestes diripuit. Jud.
 riuū. Et post spūs secuta est cōmotio. i. cō-
 gregatio sanguinis de quo sanguine forma-
 tū est corpus iesu xpi virtute spūs sancti. ⁊
 post cōmotionē ignis. i. testimabilis cha-
 ritas dei p̄ris/in hoc q̄ p̄ sum filiū tradi-
 dit: v̄p̄pore ipsūm icarnari flagellari moui
 permisit. Et post cōmotionem sibilus dul-
 cissimus ⁊ ibi dñs. sibilus vox marie. siue
 verbū: cū dixit. ecce ancilla dñi. ⁊ ibi dñs.
 qm̄ dicto verbo mor cōcepit: ⁊ facta ē ma-
 ter dñi. tunc em̄ resperit filiū dei humilita-
 tē ancille sue. quale n̄sum optabat dauid
 cū dicebat. aspice dñe miserere mei. ⁊ sa-
 piētie. iiii. Gratia dei ⁊ misericordia i san-
 ctos ei⁹. et respectus super electos illius.
 ¶ In sexto loco ezechiel vidit portā in do-
 mo dñi clausam. Clausa erit: et nō aperietur:
 nec vir transibit p̄ illā. Ezechiel. xliiij.
 In ista visione prophetica notantur mul-
 ta per ordinem.

Eliso
 ezech.

fig. a
 fig. a
 fig. a

mea
 mea
 mea

Primo proponitur clara cedula virginalis
 florens: quia porta clausa.

Secundo excluditur regula coniugalioris:
 vir non transibit per illā ⁊c.

¶ Primo dico. pponit cedula ⁊c. qz dicit
 porta clausa. vñ Aug. qd est porta clausa:
 nisi q̄ maria semp erit intacta: ⁊ qd clau-
 sa erit in eternum: nisi q̄ maria virgo erat
 ante partū: virgo i partu: post partū:
 tū? Porta (in q̄t maria) facta sum celi. ia:
 nua facta sum filio dei. porta ergo clausa.
 hōrtus clausus. fons signatus. totū i ma-
 trem dei propter florem virginitatis.

¶ In scdo loco visiois excludit regula ⁊c.
 qm̄ vir nō trānsibit per illā. hoc est sp̄sus
 ioseph nō cognoscat eā. Abos em̄ genera-
 lis est oibus mulierib⁹ cōiugatis: ex virili
 semine parturire. ista nō sic: s̄ virtute spi-
 ritus sancti. vnde cū angel⁹ dixisset marie.
 Ecce concipies in vtero ⁊c. Rñdit maria.
 quō fiet istud: qm̄ virū non cognosco. nec
 me cogniturā pponā. q. d. maria cū natu-
 re curū. impossibile sic feminā cōcipere si
 ne virili semine: quō ergo cōcipiā que pro-
 posui nūq̄ habere viri cōsortia: quō fieri
 hoc poterit sine virili semine? Rñdit ange-
 lus. Sp̄s sanctus superueniet in te ⁊c. ⁊ hoc
 est quod sequitur in visione. sed dñs deus
 introibit p̄ illā. hoc est sp̄s sanctus intrabit.
 ad quid intrabit: ad virginem sanctificā-
 dam. ad matrē fecūdandam. intrauit sine

macula seminalis cōceptionis: sine macu-
 la criminalis infectionis: sine macula per-
 sonalis passionis: qm̄ m̄ pariet sine dolo-
 re. Sequit in visione. ⁊ clausa erit princi-
 pi. hoc est reseruatā filio dei q̄ est p̄ncips
 pacis: p̄ futuri seculi: p̄ncips regū terre.
 Nos videmus qz principes terre multas
 habētes domos: vñ p̄ ceteris eligū i
 qua morosam faciūt māsonē. sic iste prin-
 ceps fili⁹ dei/ multa h̄s habitacula: prefer-
 tim rōnales creaturas: inter quas elegit
 corpus ⁊ aiām virginis gloriose: in q̄b⁹ spe-
 cialiter habitare dignatus est: vt accedat
 de illa illud qd d̄r. Nō est hic aliud n̄
 mus dei ⁊ porta celi. et vocabit dom⁹ dei
 Ben. xviij. vbi aspice pulchritū dei thala-
 mū. nō est hic aliud ⁊c. paruū dei aditū.
 et porta celi. sc̄m̄ m̄ris maculū. als aim
 vocabit dom⁹ dei: vt p̄ oib⁹ accedat illud
 Luc. xix. In domo tua opz me manere. Fe-
 lix talis domus in qua fili⁹ dei voluit ha-
 bitare. Aspicias ergo quātus sit iste prin-
 ceps q̄ ingressus est p̄ clausam portā. vñ
 de Leo papa. Ipse de⁹ ⁊ hō ad discipulos
 suos clauso cenaculi ostio igressus ē. Ip-
 se siquidē ad discipulos p̄ ostia ingressus
 est clausa: qui natus de v̄tre matris/ma-
 trem dimisit intactam.

¶ In alio loco iohannes vidit lib̄ū septē
 sigillis signatū itus ⁊ foris. Liber iste rps
 est de⁹ nr. interior: scriptura diuinitas. ex-
 terior: hūanitas. Iste est liber vite p̄pter
 ea qz in eo habet scriptura bñ ⁊ interviuē
 di. vñ sup illo verbo. In libro tuo oēs scri-
 bētur. dicit glo. In me inq̄t rps q̄ ē forma
 viuēdi. In isto libro p̄t qlibet corrigere
 vitā suā: sicut vn⁹ liber corrigif per aliū li-
 brū. Ergo pctō: sume tibi libū grandē in
 quo reperies exēpla bñ viuēdi. ibi repies
 si bñ aspicias qd agere debeas. quid corri-
 gere habeas. Iste liber i p̄ncipio fuit scri-
 ptus i cera: vt oñderet obediētā. In pel-
 le albilissima: vt ostēderet mādiciā. Ite in
 lris ferreis: vt oñderet fortitudinē patē-
 tiā/pserrim i passioē. Iste siquidē liber fuit
 scriptus in conceptione.
 Apertus in natiuitate.
 Illuminatus in sua conuersatione.
 Clausus in tumulatione.
 Supra pulpitrū positus in ascensione.
 ¶ Sed veniam⁹ ad sigilla: que sunt septē:
 vt sunt septem articuli pertinētes ad bus-
 manitātē. vel septē dona sp̄s sancti que fuit

p̄ saluatiōe nr.

8
 78

quādo fiet istud etc

Dñica. I. aduentus.

fig^e incarnationis

runt in xpo. vel sunt septē figure antiqui testamēti figurātes aduentū filij dei i carnē. sicut de arcu celesti i nube. Gen. ix. de scala iacob. i. bidē. c. xxvij. de igne in rubo in erodo. iij. c. de vellere gedeonis. in lib. iudicij. vs. de retrogradatione solis i Esa. xxxvij. de porta clausa dom^o domini. Eze. chiel. xliij. Dicit q̄ quilibet xpian⁹. Ego aut ad dñm aspiciat et expectabo deū saluatorē meū. Michæe. viij. Aspiciā inquam ad quattuor partes orbis. ad oriētem: ad occidētē: ad austrū: ad aq̄lonē. Quēs huius militas originis est. occidēs occasus mortis. auſter dulcis perflatio paradisi. aq̄lo frigiditas siue penalitas inferni. et ista sūt aspicienday accedat qd̄ scribit̄ Deus. iij. Oculos tuos circūfer ad occasum ad aq̄lonē austrū: et orientē. Aspice. aspiciā ad dñm/ creatorē/ redemptorē/ ad vitā eius: iuxta qd̄ scribit̄ Ezo. xxiij. Inspicez fac̄ sm̄ exēplar qd̄ tibi in mōre monstratū est. Expectabo deū saluatorē meū. q̄ saluat nos ab oibus iniq̄tatib⁹: ab insultibus: a procellis et tempestatibus: salutem eternā no bis finaliter conferendo deus salutis.

¶ Dñica prima aduentus. Sermo. iij.



De te leuauī anī mā meā: deus me⁹ in te cōfido nō erubescā. ps. xliij. Hodie incipit vnū tps no uū: qd̄ appellat̄ aduentus dñi. et durat istud tēpus vsq̄ ad natiuitatem domini. Et habet istud tempus quattuor dominicas: ad ostendendum qd̄ xps venit ad hoīem quattuor modis.

Aduentus quatuorplex.

¶ Primo em̄ venit xps ad hominē cū magna humilitate et cū magna charitate. Et qñ fuit hoc? Certe qñ ipse q̄ erat dñs eternus: voluit se tātū humiliare qd̄ voluit de sedere in yterum virginis: et facere se feruū pctōrū. sicut dicit br̄s paul⁹ philip. ij. Dumiliauit semetipm̄ formā serui accipiēs. Et de isto aduentu fit mētio in euangeliō hodierno. et in dñica ista que est prima dñica aduentus. vñ d̄: in euangeliō. qd̄ xps venit bethphage. i. in virginē mariā. et ascendit super asinā. idest assumpsit naturam humanam.

¶ Secdo xps venit ad hoīem: et d̄: venire cū magna potestate et maiestate. et hoc erit in fine mūdi/ qñ xps venit ad iudicandum oēs creaturas. Et de isto aduentu fit

mentio in scda dñica aduentus. vñ in euangeliō illi⁹ dñice fit mētio de signis terribilibus q̄ erūt in die iudicij. Et quōd veniet xps tūc? Certe veniet cū potestate magna et magna maiestate. Sicut em̄ d̄: in euangeliō. tūc videbūt filiū hominis venientē in nubibus celi: cū potestate et c.

¶ Tertio venit xps ad hoīem cū magna mīa/ et cū magna grā. Et qñ est hoc? Certe qñ dat gratiā hoī qd̄ ipse recedit a pctō: et venit ad statū pñie. Et de isto aduentu fit mētio in tertia dñica aduentus: qñ legitur euangeliū vbi fit mētio de br̄o iohāne. Et iohannes tantum vult dicere sicut gratia dei. per quam deus sanat peccatoiem. vñ de in illo euangeliō legitur qualiter sanauit multos infirmos.

¶ Quarto xps venit ad hoīem cū magna leticia/ et cū magnaytilitate. Et quādo est hoc? Certe qñ xps venit ad hoīem: et tollit eū de mūdo isto p̄ mortē corporalem: et separat eū a miseris mūdi: et ducit eū ad gaudiū vite eterne. Et istud d̄ esse maius gaudium: qd̄ hō possit habere in isto mūdo. Et de isto aduentu fit mētio in quarta dñica. vñ i epla illius dñice legit̄. Gaude te in dño semp̄: iterū dico gaudere. vñ tēpus istud est tēpus aduentus. Et istud tēpus h̄ tres cōditiones: q̄ tempus istud est tempus representationis. Est tempus preparationis. Est tempus exultationis.

¶ Prima pars.

¶ Dico primo qd̄ tēpus

istud est tps representationis. q̄ istud tēpus representat illud tps qd̄ fuit anteq̄ filius dei veniret in virginē mariā. Nā ante istud tēpus patres nri patriarche et p̄phete et alij sancti antiqui desiderabant: suspirabant: clamabant: orabāt: qd̄ filius dei veniret ad saluandū mūdū. Et de isto desiderio scōrū patrū loquit̄ introitus. i. p̄ncipiū missæ. i. Ad te leuauī aiām meā: Et loquit̄ dauid in p̄sona oīm scōrū antiq̄orū. Ad te leuauī dñe aiām meā. Ad te dñe mi leuauī ego aiām meā. hoc est dice re. Ego posui in te torā sp̄e meā/ et totum desiderū meū: sperās qd̄ tu deberes venire in mūdū ad saluandū pctōres. Et q̄re ego posui istā spem meā in te? Certe q̄ tu pmisisti mihi: et non tm̄ pmisisti: sed etiā tu iurasti mihi. Iurauit dñs dauid verita

B

tem tē. Et q: pmissisti mihi et iurasti: ego predicanti et dixi per totam mundū q: tu deberes venire. vñ rogo te: q: tu debes attendere seu tenere illud qd pmissisti mihi. Tu autē debes venire ad hoc q: ego nō reputer mēdār. et ad hoc q: amici tui: qui te expectāt: nō sint cōfusi. q: si tu nō venires inimici tui: sicut sunt pagani: deriderent nos: t dererēt nos mēdāces: q: diximus et predicāimus te venturum. Tres ergo rationes ostendit dauid ppheta quare christus debeat venire.

Prima ratio. **¶** Prima ratio erat vt impleteret desiderū sanctorū. Cōueniēs enī est vt hō impleat desiderū amīci sui. Amīci enī dei. i. sancti antiqui desiderabant q: xps veniret: q: debeat venire. Vñ dicit Dauid. Ad re dñe leuauī aīam meā. i. desiderium meum.

Secunda ratio. **¶** Secunda ratio quare xps debeat venire: est q: promiserat: et cōueniēs est q: hō maxime nobilis attendat siue teneat qd pmissit. Vñ dicit dauid. In te cōfido q: promissisti: credēs te veracem in promissis.

Tertia ratio. **¶** Tertia rō est: q: prenūciatū erat ab amicis: et ideo cōueniēs erat vt veniret: ne reputarentur mēdāces: id subdit. neq: irrideat me. Et sic habemus quod xps istud representat ips antiquū: in quo scī patres desiderabat aduēnū xpi in carnē. Et debetis scire q: desiderū patrū quod habebāt de aduēnū xpi: habebat duo. s. dolorem et gaudiū. Dolore in hoc q: desiderū ipsorū nō cito implebat. q: spes que differet affligit aīam. Prouer. xij. Gaudiū: q: licet nō ita cito impleteretur eorū desiderium: certamen erant q: debebat impleri: et filius dei venire. Ad ostendendum ergo dolore: quedā cantica leticie subtrahuntur et nō cantātur. sicut sunt Te deā laudamus. et Gloria in excelsis. Ad ostēdēdum vō gaudiū: quedā cantica leticie cantantur. sicut sunt Sequentia. et Alle. Ergo habemus quod istud tēpus est tēpus representatio: nis: qd designatur per introitum misse.

Secunda pars.

¶ Secūdo dico q: istud tēpus est tēpus preparationis. et de hoc fit mērio in epistola hodierna. Vos bene scitis q: qñ aliq: dyire ad aliquā ciuitatē: in qua multū desideratur: pemitit nuntium suū: vt annūciat aduēnū suū: vt homines melius se preparēt ad recipiēdum

eū. Beatus ergo paulus / qui est nuncius istius dñi: annūciat in epistola hodierna aduēnū ipsius dñi: et dicit. Hora est. Ego scio vobis dicere bona noua: dicit paulus: quia venit illa hora: in qua non legis antequē recessit. et dies gratie appropinquauit. quare: q: salus nostra. i. dei filius qui tantum erat desideratus a patribus antiquis: magis est vicinus q: cōsueuit: quia non cōsueuit nobiscum esse per presentiam corporalem: modo autē erit nobiscum corporaliter. et sic fiet frater noster. Et ideo debemus surgere de somno negligentie et peccari. et debemus nos preparare ad recipiēdū eum. Et ideo hic ostendit apłs quod debem⁹ nos preparare: q: debem⁹ nos preparare sicut hō cōsueuit se pparare / qñ in domo sua dy recipere vñ magnū dñm.

Et talis facit tria.

Primo enim purgat domum suam.

Secundo ornat eam.

Tertio vadit ei obuiā: et ducit eū letāter.

¶ Primo enim debemus purgare domum nostram. i. animam siue conscientiam ab omnibus immundicis peccatorū. Et hoc fit tripliciter. s. aqua cōtritionis. scopa cōfessionis: et manu satisfactionis. Et debemus eā purgare isto tempore: maxime de tribus peccatis: de quibus loquitur apłs in epistola hodierna.

¶ Primo enī debem⁹ nos purgare a peccato gula: q: modo est ieiunandū. ideo dicit apłs in epistola. Non in comestationibus / et ebrietatibus. vnde isto tēpore debemus ieiunare sicut in quadagesima si volumus eum digne recipere / et deuote: quia signum deuotionis est ieiunare. propter quod religiosi ita ieiunant modo sicut in quadagesima.

¶ Secundo debemus nos purgare a peccato lurie et incontinentie: et ideo dicit apłs. Non in cubilibus et impudicijs. quia non solum debent homines abstinerere ab illicito coitu: verum etiam a liscito. quia vxor cum viro: et vir cum vxore debent viuere continenter. non q: teneatur: et q: peccent si non continent: sed melius faciunt si contineant: ad hoc q: mundus possint recipere mundissimum domum: quia mundo domino munda debetur habitatio.

¶ Tertio debem⁹ nos purgare a peccato cordis. et hoc ostēdit apłs in hoc quod dicit.

a iij

quare hoc tpe cantant qdā cantica leticie
et alia subtrahunt fo. 6.

quod debem⁹ pur
gare aīam

Dñica. I. aduentus

Non in contentione et emulatione, quia contentio et emulatio pcedunt a corde male disposito. Et nota quod in hoc quod apostolus prohibet peccatum cordis: etiam omnia peccata que committunt a membrum cordis: que sunt in summa cordis. vñ apostolus vult quod isto tempore purges te ab omnibus peccatis: propter quod dicit ipse. Abijciamus omnia opera tenebrarum. i. omnia peccata que ducunt ad tenebras. de quibus dicitur. Projicite enim in tenebras exteriores. Vel potest dici. quod tertio debemus nos purgare a peccato omnia: propter quod dicitur. Non in contentione et emulatione. quia isto tempore debemus nobis cauere a contentione. bus. a vanis verbis et ociosis. a mendacijs blasphemijs et ab alijs verbis: quibus deus potest offendere: ad hoc quod os nostrum sit mundum: per quod debet intrare verbum diuinum siue incarnatum.

Secundum quod debemus facere: si volumus diuine recipere filium dei est: quod debemus preparare et ornare domum nostram. i. animam nostram. quia postquam purgauerimus eam a peccatis: ad hoc quod non remaneat vacua: debemus eam ornare ornamentis celestibus. i. donis et virtutibus spiritus sancti. Et propter hoc dicit apostolus. Induamur arma lucis. i. donis spiritus sancti: que sunt arma que defendunt nos ab inimicis. et sunt lucis: quia perducunt nos ad lucem vite eterne.

Tertium quod debemus facere: si volumus filium dei dignum recipere est: quod debemus sibi ire obuiam. Per pedes intelligunt affectus et amor. vñ dicit Augustinus. Pes meus amor meus. Tunc enim imus obuiam christo: qui sibi damus totum amorem nostrum. vñ dicit apostolus. Sic vt in die honeste ambulemus. i. demus sibi totum amorem nostrum. quomodo sic vt in die. Scitis enim quod in die vadunt homines loti et ornati: in nocte non sic. vñ sancti que diligunt christum: loti a peccatis: et induunt virtutibus: illi vadunt obuiam christo sicut in die. Sed peccatores que non sunt loti a peccatis: et qui non sunt induiti virtutibus: et tamen diligunt deum aliquo modo: illi vadunt sicut in nocte: et christo non placent. Et si sic preparauerimus nos: tunc ducesur christum in domum nostram. i. in animam nostram. et erit a se nostre sicut indumentum honoris et glorie. Propter hoc dicit apostolus. Induimini dominum nostrum iesum christum. Habemus ergo quomodo istud est tempus preparationis: et notatur in epistola.

Tertia pars.

Tertio dico quod istud tempus

pus. i. aduentus est tempus exultationis: et hoc in euangelio. Scitis enim quod de maioribus gaudijs que sunt in mundo: est gaudium quod homo que est in carcere liberatur. et quod est pauper ditatur: et quod est infirmus sanatur. Euangelium hodiernum dicit quod filius dei uenit primo sicut rex. id est promittit. Ecce rex uenit. Secundo sicut frater. ideo subdit. tuus. i. de te natus. Tertio sicut medicus. id est subiungit. manus. decet enim medicum esse mansuetum. Exulta ergo peccator: quia iste rex portat tibi arma que bus libereris a carcere. Iste frater portat tibi dona quibus diteris a paupertate. Iste medicus portat tibi medicinas quibus cureris ab infirmitate. De istis plenius dicitur in euangelio quod sequitur: et idem modo non plus dicemus. Et sic habemus quomodo tempus istud est tempus exultationis: quod notatur in euangelio. Dominus per suam misericordiam etc.

Dñica prima aduentus. Ser. iiii.



Ora estiam nos

de somno surgere. Ro. xiiij. Et terna concludatur talis imaginatio formatur. Breuitas temporis quod cito labitur. Dignitas operis quod nunc recolitur. Prauitas sceleris quo mens opprimitur. Ad surgendum excitantur in verbo assumpto proponitur.

Primo excitat nos ad surgendum nepe tempus in quo presentem ducimus vitam: que breuius est et transitoria: et parue durationis. de que breuitate loquitur augustinus in quodam sermone. Vita inquit humana tota breuis est ab infantia usque ad decrepitem etatem seu senectutem. Ad si adhuc uiueret: et hodie moreretur: quid illi longitudo vite profuisset: nam quod transactum est: iam non est: que preteritum est. nec est quod futurum est: sed solum est quod presentis est: et illud breuissimum est. Istius breuitatis vite pueris figura precessit in illo tempore breui quo adam mansit in terrestri paradiso. de quo Ecclesiasticus. cap. i. viij. Vix vna hora cum deo permansit in statu supple originalis iusticie. Ista breuitate attendens sapiens excitabat preteritum ad surgendum Proverb. viij. Vade ad fornicatorem piger et considera vias eius: et discite sapientiam: que cum non habeat ducem: nec pre-

formica

ceptores: nec principē: parat in estare cibū
sibi. **A**scq̄ quo piger dormies: q̄n d̄surges
a somno: Nō erubescas o piger. Nō sit ti
bi vanū p̄gere ad formicā. **D**isce fieri for
mice discipulo: q̄m formica magistra h̄tū
tū ē. **D**isce a formica sapiētīā. **D**isce ab ista
virtutes mirabiles. **D**isce humilitatē: q̄m
formica est paruissimū aīal: et paruorum
est regnū celoz. **D**isce vitare ociositatem:
q̄m formica est aīal laboriosum: et labora
re non cessat die ac nocte: nec vna hora
quiescit. **D**isce a formica clementiā et pie
tatē: nēpe formica sociū iuuat et mortuā
reporat. **D**isce ab ista et habebis p̄spiratē
q̄m formica est aīal magne pudētie. Nā
sibi p̄uidet in estare: et comedit ī hyeme.
Quod in principale dignitas operis etc.
Probat experimentū q̄ in festis p̄cipuis
atq̄ magnis: in quibz̄ diuinū officiū solē
nitus et p̄lorius celebrat: ad surgendum
auro: a nō expectat: ideo dauid media no
cte surgebat. **M**edia nocte surgebat etc. p̄
cxvii. **O**pus solēne festum p̄cipuū est
incarnatio filij dei: quapropter quilibet
spianus deuotū ad surgēdū p̄gritari nō
d̄s. **I**n cui? signū **D**ieremias p̄p̄ha exci
tabat ad surgēdū sine mora sui libri ca.
xviii. **S**urge et descēde in domū figuli: et
descēdi in domū figuli et ecce ipse facie
bat opus super rotā: et dissipatū est vas:
q̄ tūc fecit vas ex luto q̄m formauit primū
hoiēm de limo terre: vbi faciebat vas sup
rotā. **F**ortuna mūdi intelligit: q̄m homo
format: q̄n nascit̄ exponit̄ fortune male
vel bone: p̄spirat̄ vel aduersitat̄. **V**as
fractū et dissipatū est q̄n p̄m? hō dei p̄
ceptū transgressus est et peccauit. **F**ractus
est homo et obligatus ad moriēdū. **P**er
vas sc̄bz̄ intelligit̄ iesus x̄ps de eadē ma
sa format: st̄ute sp̄ūs sancti. et vas illd̄ nō
est fractū: nec fragi potuit p̄ aliq̄d p̄ctm̄
imo supra modū placuit suo factori. **I**n
illud **Z**uc. iij. **D**ic est filius meus dilect?
in quo mihi complacuit.

Quarto dicitur fuit q̄ prauitas sceler? etc.
Siquidē grauat̄ somno postq̄ sat? doz?
merit̄ surgere festinat. quapropter salua
tor excitabat ap̄los grauatos a somno cū
dicebat. **S**urgite nō potuistis vna hora
vigilare meū: vñ veniēte sponso p̄uden

tes h̄gines post somnū surreterēt et oīna
uerūt lāpades suas. **M**oraliter somnus
grauans aīam est graue p̄ctm̄: qd̄ somno
merito cōparat. **R**atio q̄: sicut q̄ dormit
Habet pedes et non ambulat.
Habet manus et non operatur
Habet linguā et non loquitur
Habet aures et non audit
Habet gustū et non sentit.

Sic existēs in graui p̄ctō nullā meritorū
exercere pōt opationē. ergo noli diligere
sommū. **P**rouer. xx. sed obserua p̄siliū **A**n
selmī in suis meditationibz̄ sic dicentis.
Euāgila aīa mea: exerce sp̄m tuum: exorta
festū tuū: erpelle torporē tuū: sacris medi
tationibz̄ insiste: adhere diuinis bonis:
intēde sempiternis t̄palibus derelictis.
Hora ergo surgēdi nō te trices. **E**ccl̄. xxij
Jam hora est nos etc. vbi tria ostēdunt.
Primo breue tēporis spaciū. hora est.
Secō leue roboz studij. iam est.

Tertio graue coꝛporis ocū. de somno.

Prima pars.

Quoad primū quat

tuoz: hōie reperit̄ur nominatē in sacra
scriptura: que sunt iste.

Hora nocturnal̄: secreti silēij.
Hora matutinal̄: vltimi iudicij
Hora diurnal̄: q̄n homo nascitur
Hora vespertina: q̄n corpus moritur.

De prima hora p̄sequendū est nunc: q̄
ista est in qua filius dei incarnat? est. **D**e
qua d̄s **S**apiēt. xvij. **D**ū mediū silentiū
tenerēt oīa: et nor ī suo cursu mediū iter
haberet: oī potēs sermo tu? a regalibz̄ se
dibus venit etc. **I**sta hora fuit

In qua silentium obseruatur.

Virgo fecundatur.

Egrotus sanatur.

Nor clarificatur.

Templum visitatur:

Prima hora est etc. quā vidit **J**ohānes in
sp̄u et scripsit **A**p̄oc. viij. et viij. cap. **C**um
agn? aperuisset sigillū septimū: factus est
silentiū in celo q̄n hora dimidia: et sc̄bz̄
angel? tuba cecinit. tūc septimū sigillum
apertū est q̄n cōple? ab adā sex eratibz̄
septima intrat: factū est silentiū in eccl̄ia
militatē. q̄ sicut dicit **A**nselm? loquens de
hoc miraculo incarnatiōis. **M**ēs deficit
vox silēt nō solū hōim: sed etiā angeloz.
q. d. nempe in minoi mēsurā q̄s sit hora

somm? ē p̄am

fig^a

Dominica. I. aduentus.

dimidia filij dei incarnatione opatus est
spūscris. Zeste gregorio. Nūciante an-
gelo: et adueniente spiritussancto: mor-
xōū in vtero: mor intrat in vterū: verbis
caro. Et scōs angel? tuba cecinit: qui est
gabriel: vt michael sit p̄mus angelus: ga-
briel secūsdus: raphael terti?. Secūsdus
angel? gabriel cecinit ad aures virginis
cantum salutationis. Sed quare lecun-
dus angelus mittitur?

Quia scōa persona i diuinis incarnabaf
Quia scōa creatura rōnalis redimebaf.
Quia scōa culpa indulgebatur.
Quia scōa pena erpiabatur.

¶ Primo q? scōa p̄sōa rē. illa p̄sōa q? pro-
cedit a p̄e solo: qui vocaf fili? siue v̄bū:
debut incarnari: q̄ten? ille qui erat fili?
in diuinitate: esset fili? in humanitate de
m̄terita q? nō essent duo filij: sed tñ vn?.
¶ Item scōs angel? q? scōa creatura v̄pote
te hō non angelus creatura p̄ma: qm̄ hō
per aliū ceciderat. nō sic angel?: sed p se:
ideo homo: non angelus per aliū debuit
reparari. r sic scōa creatura: nō p̄ma fuit
redēpta. Terti? q? scōa culpa. s. hōis que
fuit scōa nō p̄ma q? fuit angeli: indulges
batur. Quarto q? scōa pena erpiabatur.
prima pena mors corpis: r illa remaner:
scōa mors aie q? expiata est. q̄ bene dictū
est tuba cecinit secūsdus. ¶ Secūda hora
p̄posita rē. de ista hora hr. iij. Reg. iij.

In isto tpe et in ista eadē hora si vita co-
mes fuerit habebis in vtero filium. et cō-
cepit mulier et pepit filiū. In isto tpe. i.
in principio septime etatis in mense mar-
tij: in sexta feria: in hora medię noctis:
Hgo maria p̄cepit filium dei: r effecta est
mater dei in modo que exponit venerabi-
lis Hugo i libro de p̄p̄tua v̄ginitate sub
hac forma. Cōcepit maria de spūscō: nō
q? de spūscōi substantia accepit: sed p̄ amo-
rem et opationē sancti spūscō: ex carne vir-
ginis diuina natura substantiā ministra-
uit: q? efi? in corde ipsi? amor spūscōi sin-
gulariter ardebat: iō in eius carne d̄tus
spiritusscōi miracula faciebat. Et petrus
damiani de tāto sacō loquit? p̄ hunc mo-
dū. Voc inq̄ ineffabile sacm̄ conceptio-
nis d̄nice: credere magis p̄uenit q̄ refer-
re. Nā qd natura nō h̄: vsus nescit: igno-
rat rō: mens nō capit: celus pauet: terra
stupet: creatura miraf rē. quid igit attri-
get ad arcana veritatis: partū virginis:

causam rerū: sc̄loz negotiū: diuinitatis r
carnis cōmertiū. merito vter? Hgōnis fuit
horologriū clausum signaculo castitatis:
in quo descendit sol iusticie: vbi fuerunt cā-
pelle melodiōse sonātes: v̄pote

Virginis sanctificatio:

Virginis trepidatio:

Virginis cōmendatio:

Virginis humiliatio.

Et hoc p̄z per totū euāgelii (missus est)

¶ Hora tertia fuit illa de q? Johā. iij. vbi
legit. q? erat quidā regul? cui? filius isir
mabat. et sequit? q? hora septime reliquit
eū febris. Regul? p̄im? parēs: qui i statu
innocētie qm̄ dñabaf aiātib? p̄ficibus: r
volatilib? celis: dñabaf sensualitatu per is-
tellectū r rationē: qm̄ intellectus est d̄tis
in regno aie. Filius isti? regul? totū ges-
nus humanū erat infirmū vsq? ad mortē
qm̄ per vnū hoies pctm̄ in mundū intras-
uit et per pctm̄ mors. Sed hora septime
reliq̄t eū febris. s. septime mundi etate in
q? febris pcti reliq̄t humanū genus x̄pō i
carne passo. cuius passo fuit tanti morbi
optima medicina. Nā sequit? ibidē q? sa-
natus est puer ex illa hora.

¶ Quarta hora introducta est in q? noc cla-
rificaf. Dic sciendū q? ante aduentū x̄pi
in carnē: erat nox. erat tenebrosus tēpus
et obscurū tps peccati: deficere lumine
grē. vñ illud tps cōpaf nocti: qm̄ i nocte
homines clare nō solent videre.

In lectis solent iacere.

A verbis solent tacere.

Ab opibus solent cessare.

¶ Pari mō moraliter ante aduentū x̄pi in
carnē: hoies obscure videbāt: et ambula-
bāt in tenebris: et vmbra mori. Facebāt
in lectis. i. i delictijs pctōz: r a diuina lau-
de facebāt. āno nō exercebāt opa merito-
ria. Sed mō in x̄pō aduentu nox culpe in-
diem grē cōuersa est. vñ apls Ro. xii. nox
precessit: dies autē appropinquauit. Quā-
propter in isto gaudiofo aduentu mul-
ta mirabilia in luce apparuerunt in ista
hora. Nam

Nox in diē conuersa est.

Nova stella in oriente apparuit.

Lux magna illuminauit pastores.

Tres soles in oriente visunt.

Postulauit clarificari fili? dei a p̄e. Joē
xviij. Pater clarifica filium: q? venit hora
pater clarifica me. i hac hora clarifica me

pater. Si quidem dei filius incarnatus: in
hora conceptionis fuit clarificatus

Claritate sapientie.

Claritate glorie.

Claritate gratie.

¶ Primo claritate sapientie. quoniam tantam
sapientiam habuit in hora illa: sicut hinc i ce
lo. Item claritate glorie etiam quoad corpus
fuit etiam tunc clarificatus: dote subtilitatis;
quoniam clauso utero matris. etiam quoad aiaz: quoniam
in instanti conceptionis fuit perfectus: comprehen
sor: et in aia sua beatus vidit deum. Item
claritate gratie: quoniam habuit gratiam infinitam
in gratia gratie: cui non est datus spiritus ad mensu
ram. vidimus eum plenum gratie et veritatis. Nec
hora est illa hora cene in qua legatus seu
nuntius etc. de qua hora Luc. xiiij. Homo quidam
fecit cenam magnam et misit servum suum hora
cene etc. Homo quidam in hoc loco potest dici
deus pater. Nam quoniam dicitur deus pater ostendit suam
potentiam: vocat leo vel rex vel aliquid nomen
grade. sed quoniam vult ostendere suam misericordiam voca
tur homo: quoniam secundum senecam natura hominis pater
est ad clementiam. Item homo deus pater fecit
cenam magnam. id est societatem eterne felicita
tis: quam paravit nobis. Misit servum suum.
id est gabrielem archangelum. siquidem omnes an
geli sunt servi et ministri eius. Aliter expo
nit secundum gregorium. Misit servum suum ordine
predicatorum. hora cene. id est in fine seculorum et in
ultima etate mundi: quoniam secundum apostolum. Nos sumus
in quibus fines seculorum deveniunt. hora cene id est
facta sunt multa mirabilia opera christi: utpote
Altaris sacramenti institutio.

Discipulorum sacratissima ordinatio.

Jesu christi fraudulenta venditio.

Jesu christi deuota et trina oratio.

Gabrielis ad virginem destinatio.

¶ Ista est illa hora in qua christus cum lamen
tis reprehendit apostolos dicentes in horro. Non
potuistis vna hora vigilare mecum? In ta
li hora est vigilandum. presertim

Ad salutis pericula evitanda.

Ad mortis umbracula primescenda.

Ad christi beneficia recolenda.

Vigilate ergo ne intretis in tentationem.
vigilate quia nefas est diem neque horam.

¶ Secunda hora et ultima est in qua replum visi
tatur etc. de ista hora habet Luc. i. vbi les
us quod dominus sacerdos Zacharias sacerdotio
fungens: ingressus est replum domini. et populus
erat foris orans hora incensi. Zacharias
moraliter iesus christus sacerdos in eternum

secundum ordinem melchisedech sacerdos et po
tifer. Iste sacerdos ingressus est replum vir
ginale quatenus in centum daret et thus
humilitatis igni deitatis. venit hora incensi
hora divine incarnationis id est filii dei ingres
sus est replum veritatis et dignitatis. et populus. id est
paterum cetus erat foris. id est extra replum glo
rie. orans. id est petens messie adventum.

¶ Secunda hora principalis notatur in sa
cra scriptura deo matutinalis: et quoniam est vlti
mi iudicii in quavenerit christus ad iudicium ge
nerale quod fiet in aurora de mane secundum san
ctum thomam. Ista est

¶ Hora que non scitur eius appropinquatio
¶ Hora in qua datur iusta retributio.

¶ Hora insuspicabilis: quoniam cito preoccupabit.

¶ Hora irreuocabilis: quoniam personam non acceptabit

¶ Hora in qua iudicium equa lance librabit.

¶ Hora in qua brauium bine stole fixabitur.

¶ Prima hora etc. de illa hora nemo scit. et

id est vigilandum. Aug. Nescis in qua hora ve
niet: semper vigila ut paratum te iueniat:

quoniam si sciret paterfamilias qua hora fur
veniret: vigilaret vitas. ergo vigilate: quoniam
nescitis diem neque horam. Mat. xv. Si non

vigilaueris veniam ad te tanquam fur: et ne
scies qua hora veniam ad te. Apocalip. iij.

¶ Item hora iudicii est hora etc. Si quidem

in illa hora recipiet unusquisque prout gessit

in corpore siue bonum siue malum. sic veniet

hora iudicii in qua plus valebunt pura

corda quam stulta verba: sicut dicit bernardus.

¶ Tertio erit hora insuspicabilis et subita

quoniam cum non suspicatur iudex iustissimus ad iudi
cium est venturus. et attendite ne grauentur cor
da vestra crapula et ebrietate ne repentine
veniat dies. Mat. xij. Item erit hora irre
uocabilis id est iudex non flectet: nec
fallet verbis. ¶ Hora in qua iudicium non

peruerteret timore: cupiditate: odio: fauore
re: siue amore. Ista est hora messis. de qua

apoc. iij. venit hora ut metatur. vnde aliter

est seminata quam metatur. quoniam secundum apostolum seminis
natur corpus mortale: surget incorruptibile. seminat

ignobile: surget in gloria. se
minatur in infirmitate surget in virtute

1. Cor. xv. ¶ Item hora in qua iudicium etc.

apoc. iij. Venit hora iudicii eius. De

alijs horis dicit infra. et surget vigilans

venite adorem? quoniam promissit dominus coronam vi
gilantibus: quoniam coronam prestare nobis dignetur

qui vivit et regnat per infinita secula. Amen.

¶ Dominica prima adventus. Sermo. 7.

Thomas. g. iudicij
in aurora de mane



Am appropin-

quasset iesus hierosolymis
 rē. Mat. xij. De hoc etiam
 h̄r. Mar. ij. et Luc. xij. Si
 cut dicit br̄s Aug. i quo-
 dā sermone de aduētū. Si aliqs magnus
 dñs vel magnus rex: vel aliqs impator:
 beret ire ad aliquā ciuitatē: p̄ plures dies
 ante pararet se quō possent eum recipere
 digne ⁊ honorabiliter. Rex n̄ fili⁹ dei ta-
 li die sicut erit dies natalis: venit ī istum
 mūdū corporal̄: qñ nat⁹ est de virgine ma-
 riaverus h̄o. Et sicut tūc venit corporal̄:
 ita ⁊ nūc ⁊ temp̄: ⁊ maxime tali die sicut ē
 dies natalis dñi: d̄s venire ī corda n̄ra spi-
 ritualiter. hoc est p̄ verū amorē ⁊ p̄ verā
 dilectionē ⁊ etiā per verā cōiōnē. q̄ licet
 xp̄iani nō teneant ḡaliter cōicare nisi se-
 mel in anno: hoc est in pascha: tñ deuote
 p̄sonet sc̄tē debēt etiā cōicare in die nata-
 lis. Et ideo eccl̄ia sc̄ta ordinauit q̄ hodie
 oēs xp̄iani incipiant se p̄parare p̄verā pe-
 nitentiā ad digne suscipiendū xp̄m adueni-
 tem. Vera autē penitentia habet duo. sc̄z
 afflictionem corporalem.

Et leticiam spirituale.

¶ Ad significādum afflictionē corporale:
 nō caramus aliqua cārica leticie. sicut est
 gloria in excelsis. Te deum laudamus. ⁊
 Ite missa est. **¶** Ad significādum leticiā
 spirituale aliqua cantica leticie cantam⁹.
 sicut est alleluia ⁊ sequētia. Et ista omnia
 facimus vt possimus digne recipere dñm
 nostrum aduententem. Sed vos debetis
 sc̄ire q̄ ad recipiendum digne et honora-
 biliter quencūq̄ dñm temporaliter opo-
 tet q̄ sciantur quattuor.

Primo oportet q̄ sciat̄ hospitii ad quod
 debet venire. vt si non est bene para-
 tum: q̄ paretur.

Secundo oportet q̄ sciat̄ur modus quo
 debet venire. sc̄lz per quam viam: cum
 quot et quando.

Tertio oportet q̄ sciat̄ur causa: vt si pro-
 pter causam letā leti. si p̄pter cām tristē
 modeste recipiatur.

Quarto op̄z q̄ illa cōpleantur que neces-
 saria sunt ad bene recipiendū eū: q̄ sc̄ire et
 nō facere parū valet. Et de istis quattuor
 optime loquit̄ euāgelii hodiernū sp̄uali-
 ter intellectū. S̄z vt meli⁹ intelligatis: di-
 cā vobis breuiter historiā litterale. **¶** Di-

cit br̄s mattheus q̄ xp̄s semel bat ī hie-
 rusalē: et cū appropinquasset ciuitati for-
 te ad vnū miliare: anteq̄ intraret ciuitatē
 iuit ad vnā villā parua q̄ vocat̄ bethpha-
 ge: ⁊ erat iuxta mōtē oliueti posita. qñ fuit
 īn villa ista ip̄e misit duos discipulos su-
 os ad ciuitatē: ⁊ fecit dissolui vnā asinam:
 que erat ligata iuxta portā ciuitatis: et fe-
 cit eā adduci ad se. Postq̄ asina adducta
 fuit: discipuli statim acceperūt vestimēta
 sua: ⁊ posuerūt sup̄ asinam: q̄ forte nō ha-
 bebat sellā. Post acceperūt xp̄m et posue-
 rūt eū desuper. vt xp̄s cōmodius sederet.
 Nunq̄ legitur q̄ xp̄s equitauerit nisi mo-
 do. nec eq̄tauit ī palafreno vel detrario:
 sed ī asina satis despecta quasi nō habuiss̄
 setz super pullum. Quare istud fecit xp̄s?
 Et q̄ fessus erat ⁊ p̄pter significationem
 spirituale. q̄ Zacha. p̄phetauerat. Di-
 cite filie sion. Ecce rex tuus venit tibi mā-
 suetus sedēs sup̄ asinā ⁊ pullū filiū subiu-
 galis. Quādo fuit xp̄s iuxta ciuitatem et
 gēs ciuitatis audiuit q̄ xp̄s veniebat: di-
 cit euāgelium q̄ magna multitudo per-
 sonarum eruiuit obuiā xpo veniēti. Et ad-
 huc vt eū magis honorarent: alij precede-
 bant: ⁊ alij sequebātur. Et quidam ex eis
 ascendebāt arbores: et cedebant ramos:
 alij plus faciebāt: q̄ eruebant vestimen-
 ta sua ⁊ sternerant in via: ad hoc vt asina
 supra quam deus erat nō tāgeret terram:
 sicut aliquando fit istis magnis dñis. q̄
 via sternitur tapetijs ne tāgat terrā. Nec
 sufficiebat hoc istis q̄ eruerant obuiam
 ch̄risto: sed clamabant omnes fortissime:
 et laudabant et glorificabāt christum di-
 centes. Osanna filio dauid: benedictus q̄
 venit ī noīe dñi. hoc est dicere. tu xpe qui
 es filius dauid: hoc est fili⁹ marie que fuit
 de p̄genie dauid: salua nos. nō in mundo
 isto: q̄ hic nō est saluatio: sed in excelsis:
 hoc est in gloria tua. Et potes facere quita
 tu es ille benedictus filius dei: q̄ venisti
 in mundū istū in virtute ⁊ potētia dei pa-
 tris. Et cū isto honore durerūt eū in ciuita-
 tatē. Ista est historia euāgelij hodierni.
¶ Nota q̄ istud euāgelii quātum ad hi-
 storiā: hoc est quātū ad verba exteriora n̄
 h̄l facit ad dñicā hodiernā: et iō ego dixi
 vobis historiā breuiter. s̄z magis cōpetit
 dñice oliuarū: q̄ illud totum qd̄ dicit̄ in
 euāgelio isto: factum fuit in illa domini-
 ca: ⁊ ideo istud euāgelium tunc legitur.

fo. 9

¶ Dico primo q populares et minores sicut stelle ceciderunt de celo: hoc est de celesti vita: per auariciā immoderatā. Pro quo notādum q arbor: tandiu stat: q̄ diu habet radicem fixam in terra. licet em aliq̄ quādo abscondātur sibi rami: ppter hoc non cadit: immo crescit et renouatur: sed auulsa radice: modico vento agitata: statim cadit. Sic quilibet fidelis qui arbori comparatur. **¶** Uideo hoīes velut arbores. **Mat. vij.** q̄ abscondantur sibi rami: vt filij vel parentes: vel bona temporalia: propter hoc nō cadit: dū in retineat radicem charitatis: sed amota et p̄dita charitate q̄ est radix et cāvite spūalis: statim hō cadit. et iō **ap̄ls** cōsulēs oībus fidelibus ne cadant de celo. hoc est de celesti cōuersatione: dicit. In charitate radicati et fundati. vt possitis cōprehendere. **Ep̄ph. iij.** Sed vere hodie charitas totaliter est extincta inter xpianos: q̄ vitia contraria regnant scz auaricia / ira / inuidia. ab his enim tribus charitas exulat ab ecclesia. Regnat em auaricia i tota xpianitate. nā a maior

Dñica. II. aduentus

vsq; ad minores: omnes auaricie student
 trere. vs. nō reperunt inter xpianos ho
 die nisi vsura / fraus / dolus / furtū / rapina.
 non em̄ inuenit vnus: qui mutuet paupi
 subueniēdo. oēs autē fenerant̄ p̄rio: in
 tantū q̄ vitii vsure ē iam ita cōe: q̄ ho
 mines nō timent: nec verent̄ illud perpe
 trare. Dic de vsura. Fr̄e etiam ira expellit
 charitatē. tantū em̄ regnat q̄ iam hoies
 vir p̄nt se sustinere adinuicem: neq; tole
 rare vnus passiones alteri. Fr̄e inuidia
 nemo gaudet de bono alteri: imo tristat̄
 et dolet de p̄speritate: et gaudet de dāno
 Dec em̄ tria vitia euellunt radicē xpiani
 tatis. s. charitatē: per quā xpiani sunt facti
 in firmamento militantis ecclie. Quia ḡ
 nō h̄nt radicē: cadūt de celo. hoc est de ce
 lesti vita. et hoc est signū pronosticū finis
 mundi. Hoc inter alia signa p̄dixit xp̄us
 discipulis. Mat. xxiij. dicens. Tunc sc̄a;
 dalizabunt̄ multi: et inuicē tradēt. et odio
 habebunt inuicē. et qm̄ abūdabit iniqui
 tas: refrigescet charitas. ¶ Not. q̄ amor
 dei est signū dei distinguēs inter filios dei
 et diaboli. Apoc. vii. Nolite nocere terre
 et mari: neq; arborib;: quoadulc; siue
 mus seruos dei n̄ri in frontib; eorum. et
 Cantico. viij. Pone me vt signaculū sup
 cor: tuū. In figura hui; d̄: Eszech. ix. q̄ si
 gnum ih̄an positū fuit sup viros gemen
 tes et dolētes. et tales speruabunt a p̄e:
 cutiōe angeli. Istud signū erat amor dei
 charitas: q̄ sola liberat a morte gehenne.
 Et ponebat istud signū in frontibus: q̄
 in operibus se manifestat. Probatio dile
 ctionis exhibitio est opis. vt ait Greg. et
 viij. ethicoz d̄: q̄ amicitia latens nō est
 amicitia proprie: sed quedā beniuolētia:
 sed hoc signo carēt fideles p̄p̄ auariciā.
 ¶ Dico sc̄do q̄ populares et minores si
 cur stelle sunt percussū plagis infistulari;
 et hoc in tertia parte. Ubi nota q̄ inter
 subditos et populares est triplex differē
 tia. Quidā em̄ sunt maiores vt iudices/
 rectores / iurati / ciues / et cōsiliarij. et hec
 est prima pars. Alij sunt medi; vt officia
 les siue ministri / scribe / sutores / cerdo
 nes &c. et hec est sc̄da pars. Tertij sunt mi
 nores vt pauperes / et agricultores / et la
 boratores continui: qui suis laborib; su
 stentant rotū mundū. hec tertia pars per
 cussa est fm̄ q̄ dixit Job. apoc. viij. Per
 cussa est tertia pars stellarū. Istam enim

partem tertiā oēs opprimūt et despōsāt
 et nullus eā defendit. nec p̄elati: neq; re
 ges: neq; principes: neq; ciues. et id̄ con
 querit dñs Esaie. iij. Quare atteritis po
 pulū meū: et facies pauperū commolitis
 hec plaga ī corpore reipublice ē ita fistu
 lata q̄ nō p̄t h̄re medicinā. Item aliter
 quantū ad quilibet fideles singulariter.
 quilibet em̄ h̄s tria. s. corp;: res tempales:
 et animā. et hec est tertia pars reputatiue:
 quis minus reputat: licet sit prima et ma
 ior dignitate: et perfectione. et hec tertia
 pars. sc̄z anima cuiuslib; percussa est: non
 solū vna: sed quasi infinitis plagis et vul
 neribus est vulnerata: fm̄ q̄ infinita res
 gnant vitia inter xpianos: et precipue illa
 que dixit ap̄lus regnatura circa finem
 mundi. q̄ p̄dixit. ij. Timot. h. ij. cap. dicēs
 Hoc autē sc̄ito quia in nouissimis diebus
 instabunt tēpora periculosa. et erunt ho
 mines seipsos amantes: cupidit̄: su
 perbi: blasphem̄: parentib; non obediē
 tes: ingrati: scelesti: sine affectōe: sine pace
 criminatores: icōtinētes: imites: sine be
 nignitate: p̄ditores: proterui: tumidi: et
 voluptatū amatores magis q̄ dei: habē
 tes quidē sp̄m pietatis: virtutē autem
 ei; abnegātes. et sic vide quot et quāris
 plagis: et vulneribus / anime fidelū sunt
 percusse et vulnerate. et iste plaga sunt vul
 nera infistulara. vulnus em̄ infistulatur
 propter defectū medicine: sic vulnera aie
 p̄pter defectū penitētie: quilibet enim re
 cusat percussione et vulnera corporis. et si
 habet: statim querit medicinam. quilibet
 etiam conseruat bona tēporalia. et custo
 dit summa diligentia. sed de sua anima
 que est pars minima in reputatiue: nemo
 curat quātūcūq; pctōrum plagis vulne
 rata existat. immo nemo apponit medici
 nā de penitētie. et id̄ dicit Augē. Si sci
 remus quomodo per vnūquodq; pctm̄
 aia vulneratur vsq; ad mortē: peccato re
 sisterem. Et sic infistulant̄ plaga anime:
 et ideo quilibet d̄z orare cū sancta matre
 ecclia dicens: et recognoscens quos quass
 nem sue anime. Peccata mea dñe quasi
 sagitte infixa sunt in me: sed anteq̄ vul
 nera generent: sana me dñe medicina pe
 nitentie deus. Et sic verū est q̄ percussa
 est tertia pars stellarū. scribis vbi. s.
 ¶ Dixi tertio q̄ populares et subditi sicut
 stelle trahuntur per errores &c. De quo

differen
 btros e popu
 res

tractu scribitur Apoc. xij. c. vbi h̄r̄ q̄ d̄ia
 co magnus ⁊ rufus / habens capita septē:
 cauda sua traxit tertiā partē stellarū. Hic
 tractus cōiter h̄m̄ doc. litteraliter intelli
 git̄ de malis angelis: q̄ tracti fuerūt de ce
 lo empyreo/cauda luciferi peccātes. nam
 tota natura angelica post eius creatiōnē
 fuit distincta in tres partes. Nā q̄dā mini
 strant: et quidam deo assistunt. et de his
 Daniel. vij. Multa milia ministrabāt ei:
 et decies cētena milia assistebāt ei. Unde
 ministrātes dicūtur pars stellarū prima: s̄
 assistētes deo sc̄da pars. Alij dō q̄ nec assi
 stere deo voluerūt. neq̄ ministrare nobis
 perierūt cum lucifero cui adhaeserūt. Luci
 fer em̄ qm̄ superbiens voluit esse altissimo
 similis: alijs angelis reuelauit voluntatē
 suā: ⁊ in eodē instāti cōsenserūt: vñ simul
 peccauerūt eodē pctō. Sed q̄ ille fuit au
 tor: q̄ sibi appetit̄ dei similitudinē: ⁊ alijs
 reuelauit suā volūtātē: id̄ vñ illos traxisse:
 et in terrā mississe in istum caliginosum ae
 rem: in quo sunt vsq̄ ad diē iudicij ad no
 strā p̄bationē. Mystice dō nota q̄ oēs fi
 deles sunt in triplici d̄ia. Quidā em̄ sunt
 qui semp vellēt trahi: ⁊ nunq̄ trahere: vt
 simplices ⁊ boni: q̄ nūq̄ volūt alios rege
 re suo sensu: sed semper volūt regī: ne inci
 dāt in erroē. ⁊ hec est prima pars. Alij vo
 lūt aliq̄ trahere: ⁊ aliq̄ trahi: vt boni sa
 pientes: ⁊ boni doctores ⁊ magistri. q̄ al
 quādo regūt alios suo sensu: ⁊ aliquando
 volūt regi alieno sensu: q̄ nolūt semp in
 nūti prudentie sue. hec est sc̄da pars stella
 rū. Alij sunt q̄ semp preponūt sensum suū
 oibus alijs: h̄i semp volūt alios trahere:
 et nūq̄ trahi. i. semp volūt alios regere ⁊
 nūq̄ regi ab alio: vt sunt illi q̄ semper pre
 ponūt sensum suū oibus alijs: hec est ter
 tia pars. quā trahit cauda diaboli in ifer
 nū. vnde lucifero dicēti. Ascēdā in celū: et
 ero similis altissimo: dictum est Esa. xiiij.
 Verūm ad infernum detraheris in pfun
 dū lacī. Et vere hec tertia pars xp̄ianoū
 hodie trahitur cauda diaboli p erroē fi
 dei. Jam enim fides catholica perit inter
 xp̄ianos. ita vt non habeāt fidem iam vt
 granū sinapis. Hec cauda diaboli erit an
 tichristus: et sunt iam ministri sui: qui di
 sponunt materiā: iam quasi incipiunt ap
 parere: vt pote falsi prophete: et ficti reli
 giosi: qui seminant doctrinam non bonā
 contra christum et ecclesiam, ⁊ isti trahūt

tertiam partem christianoꝝ in errorem fi
 dei. ita vt iam non p̄sentent fidē ministris
 ecclesie: neq̄ sacerdotibus: neq̄ ecclesie
 salutari bus sacramētis: immo omnia ha
 beant in contemptū. et in hoc completur
 signum pronosticum finis mundi: qd̄ pre
 dixit apostolus. s̄. Timoth. iij. In nouis
 finis temporibus discedent quidam a fī
 de: attendentes spiritibus erroris: et dos
 trinis demoniorum in hypocrisi: loquen
 tium mendacium: et cauteriatam habens
 tium suam conscientiam: prohibentū nu
 bere ⁊c. et. ij. Timoth. iij. Erit enim tem
 pus cum sanā doctrinā non sustinebunt:
 sed ad sua desideria coaceruabūt sibi ma
 gistros prurientes auribus: et a veritate
 quidem auditum auertēt: ad fabulas au
 tem conuertentur. et sic p̄t̄ q̄ tertia pars
 stellarum. sc̄z christianoꝝ trahitur iam
 in errorem fidei et hoc per caudam draco
 nis: que est designata in istis vulpinis et
 fictis religiosis. Sed heu q̄ in fine mun
 di: non solum tertia pars stellarū: hoc est
 christianoꝝ trahetur in errorem cōtra
 fidem: sed maior pars: immo omnes fere
 vt electi quasi incipient titubare: et hoc
 propter terribilem persecutionem que fis
 et contra christianos: cum iam publicabi
 tur et predicabitur publice antichristus:
 quia adhuc modo in tenebris predicatur
 et in abscondito. Sed venient dies in qui
 bus que nunc in tenebris dicuntur: in lu
 mine dicuntur: propter quod auisat chris
 tus omnes christianos: ne ducātur in il
 lum errorem: Matt̄. xxij. dicens. Tunc
 surgent pseudo christi et pseudo prophē
 teret dabūt signa magna et prodigia. ita
 vt in errorem inducātur si fieri potest eti
 am electi. Et si dixerunt vobis. ecce hic est
 christus: predixi vobis. nolite credere: ecc̄
 ce in deserto est: nolite exire. Et ideo dicit
 apostolus ad Galat̄. s̄. Licet angelus de
 celo euangelizet vobis preter q̄ quod euā
 gelizauimus vobis: anathema sit. Et sic
 patent signa stellarum: ⁊ per consequens
 solis et lune et stellarum. Placeat deo vt
 cōmoti huiusmodi signis: reuertamur ad
 dominum: et obtineamus hic gratiam et
 in futuro gloriam. Amen.

¶ Hūca secunda aduentus: Sermo. v.
 c. iij

Dñica. II. aduentus.



Runt signa i so

le: et luna: et stellis. Luc. xxi. originali: recitatur in euang. g. lio presentis dñice verbu scribitur nunc assumptum.

Sancta m̄ ecclesia hodie representat aduentu xpi ad iudiciu: que signa varia propinquare demonstrabunt cu aduenierit, de quibz Lucas in euangelio loquens dicit. Erunt signa in sole etc. Pro huius thematis declaratione introductiuus est notandu qd cu quadruplex sit aduentus dñi s̄m doc. scz in carne: et in mente: et ad iudiciu: et in morte. de duobus tñ principaliter festum celebrat ecclesia. Quoz ro est: qz aduentus in carne et in mentem. quasi idē est. quia vterqz est gr̄e et mie. Aduentus aut ad iudiciu et in morte: p eodē ab ecclesia reputatur: qz qlibet est rigoris et iusticie. Sicut ergo deus dedit signa primi aduentus. scz in carne indicatiua: vr p illa signa de humana carne velatus: et in similitudine hoim factus: cognosceret et sic amaret: sic dedit et predicti p suos discipulos signa terribilia sed i aduentus. s. ad iudiciu indicatiua: vr tade timeret. Sed posset aliqs dicere. primus aduentus fuit occultus et absconditus. iuxta illud Esa. xlv. Vere tu es deus absconditus: factus israel saluator. ergo no fuerūt ibi aliqua signa. Sed vere et absqz dubio qd primus aduentus fuerit occultus: tñ aliqua signa ipm indicauerūt. ad qd assignantur due rones. Prima est. illa que sunt occulta aliqbus: alijs sunt manifesta. Verbi gra. inter religiosos sunt aliqua signa: per q mutuo se intelligunt. sicut p̄z in ordine cisterciens. qui petunt necessaria per signa: que quide signa extranei no cognoscunt. Tñ illi religiosi per signa clare cognoscunt que extranei et no religiosi clausa manent et occulta. Ad propositu dei filius in hunc mundu venies: religio ne paupertatis. s. nostre humanitatis intravit per quem ingressum suam religionem christiani instituit et fundavit: ditavit et honoravit. huius religiois sunt claustrales soli christiani catholici: sed extranei et non claustrales sunt pagani iudei et heretici. In hac ergo religioe claustrales habent tria signa per que mutuo se intelligunt: et iesum novitium sue religionis clare agnoscunt: que iudei pagani et

heretici et ceteri extranei minime cognoscunt. O domini quod signum pulcherrimum: qd signum expressius: qd illud quod predictum fuerat Esa. vii. quando rex achaz noluit petere signum a dno: conuersus propheta ad domu dauid dixit. Audite. propter hoc dabit dñs ipse vobis signum. Ecce virgo concipiet et pariet filium: et vocabitur nomen eius emanuel. Unde dicitur nobiscum deus. Istud signum clare predictum qd virgo peperit: virgo concepit: virgo post partum permansit. Istud signum fuit clarum christianis: occultum autem iudeis. quia adhuc hoc non cognoscunt. quod signu etiam Ezechiel. xliij. predicterat dicens. Eidi portam in domo domini clausam. porta hec clausa erit: et vir non transibit per eam: quia dominus ingreditur et egredietur per eam. Pro certoverum signum: quia ioseph non cognovit ea. Hoc signum. hec mirabilia iudei pagani et heretici non cognoscunt. Unde dicitur in ps. lxvij. qd tres persone. s. pater filius: et spiritus sanctus posuerunt signa sua. et no cognouerunt. scz iudei pagani et heretici: sicut in exitu super summum. immo sequitur Quasi in silua lignorum securibus exciderunt ianuas eius. in securi et scia deiecerunt eam. i. ad modum aliarum feminaru credunt per violationem et corruptione: et per fractionem portarum claustrorum concepisse maria. Sed falsum est: quia hec porta clausa est: et solus deus ingressus est et regressus per eam. quod iudei et extranei non cognoscunt. Immo incenderunt igni sanctuarium tuum: polluerunt in terra tabernaculus nominis tui: id est marie post prolem virginitate esse consumpta: et viri semine pollutam crediderunt. Sed hoc est falsum: quia moyses vidit Exod. ij. visionem illam magnam in rubo qd ignis esset in rubo: et rubus ardebat: et non comburebatur. et de rubo dominus mansit ad moysen loquens. Sic dei filius in vtero matris virginitatem non minuit: sed sacrauit. et carnem assumpsit. Testes huius signi qd virgo post partum mansit incorrupta: zebedei salome vr habetur in floribus sanctorum. de quo signo Job. ij. Initium signorum quod fecit iesus. Et alibi. Multa et alia signa fecit iesus que no sunt etc. Job. penulti. et vlti. vr apparitio angelorum in natiuitate. et annuntiatio pastoz:

aduentus
fo. 29

ad
fuerit
in huius signa

rubus

et ducatur stelle. et multa alia: que ponuntur in floribus sanctorum. Secunda ratio quod primus aduentus fuerit occultus habuit tamen signa indicatiua. quia contingit aliquando quod non signum est signum: vt in ouibus. nam quando duo domini diuersi habent greges simul coniunctas: vnus facit et imponit suis ouibus certum signum: et alius aliquando aliud signum: et aliquando nullum. et quando vna pars ouium non habet signum: tunc ouis non signata a signata non signo distinguitur. et sic signata signo a non signata. quod patet sub figura de ouibus iacob et laban. Gen. xxx. Ita ad propositum fuit cognitus aduentus filij dei in carnem per non signa: que fuerunt signa. nam sicut alij homines cognoscuntur in sua conceptione et natiuitate per signa: sic dei filius fuit cognitus per non signa. omnes namque homines huius mundi qui nascuntur ex muliere: conceptionis et natiuitatis relinquunt signa atque vestigia: quia concipiuntur cum libidine: nascuntur cum dolore: gestantur cum grauedine: et proprias matres violatas laceras relinquunt. hec sunt signa. hec sunt vestigia que dimittunt. Sed vere nullum tale signum. nullum tale vestigium in virgine per natiuitatem et conceptionem filij dei et eius est relictum: quia ipsum concepit sine libidine: solo diuino flamine. Luc. i. Virum non cognosco. spiritus sanctus etc. Hestant etiam sine quocumque grauamine: quia ipsa gestabat gestantem se. vnde filius altissimi vocabitur. Luc. i. et peperit sine dolore et virginitatis violatio: ne. vnde cantamus. Nesciens mater virgo virum: peperit sine dolore. In hoc ergo signa ista non dimisit: nec vestigia aliorum reliquit in matre: per ista non signa distinguitur a signatis: et cognoscitur. vnde dauid de istis non signis que fuerunt in primo aduentu dicit in ps. Signa nostra non vidimus: iam non est propheta. quia in christo omnes prophete cessauerunt: quia omnes prophetizabant de eo. Vel iam non est propheta: sed plus quam propheta. quia terminus et dominus prophetarum. Signa ergo nostra non vidimus etc. et ideo comparatur christus nauis/serpenti/et aquile: qui nullum signum relinquunt in via: de quibus non signis dicit sapiens Proverbiorum. xxx. Triasunt mihi difficilia et

quartum penitus ignoro etc. Concludamus ergo quod si primus aduentus in carnem: qui fuit occultus: habuit signa: quanto magis aduentus ad iudicium: qui erit publicus et manifestus: omni creature. iuxta illud Apocalip. i. Ecce in nubibus veniet: et videbit eum omnis oculus. Et in euangelio hodierno. Videbunt filium hominis venientem in nube cum potestate magna et maiestate. habebit signa manifestas. de quibus signis loquitur nostrum thema quod Erunt signa in sole: et luna: et stellis. quod fuit thema. In quibus verbis duo notantur:

Primo iudicandorum citatio. quia erunt signa
Secundo citatorum conditio. quia in sole: luna etc.

Prima pars.

Sed dimisso nunc isto

modo procedendi: vt plenius videatur totius historia euangelij: et eius declaratio: notandum quod signa vltimum iudicium indicantia: in triplici creaturarum differentia ostenduntur: et demonstrabuntur in triplici natura.

Primo in corporibus celestibus. ibi in principio euangelij. Erunt signa in sole et luna et stellis.

Secundo in hominibus rationalibus: quia in terris pressura gentium pre confusione sonitus maris arefcentibus hominibus etc.

Tertio in spiritibus angelicis. ibi. et virtutes celorum mouebuntur. et tunc videbuntur filium hominis etc.

Dico primo quod erunt signa in corporibus supraclestibus. scilicet in sole et luna et stellis. de quibus signis scribitur Mat. xxiii. Sol obscurabitur: et luna non dabit lumen suum: et stelle cadent de celo. Hoc dicitur quia obscurabuntur: ac si ibi non essent. Erunt autem ille tenebre sic horrens de: vt neque videre quis: nec localiter moueri possit. et hoc propter quinque rationes sequentes. Prima ratio est propter designationem obscuritatis interioris: que erit in hominibus illius temporis: in quibus sol. idest charitas refrigescet. sicut scribitur Mathei. xxiii. cap. Quoniam abundabit iniquitas: refrigescet charitas multorum. Et luna. idest fides deficiet.

ppz. s. rones
parebit signa
B
s

Dñica. II. aduētus

Intra illud dictū apli. s. Timo. iij. In nouissimis temporibus discedent qđ a fide atēdentes spiritibus erroris: et doctrinis demonior: in hypocritis loquentium mendaciū. Et stelle. i. alie strutes penit euanescunt: vt idē apls dicit. ij. ad Timo. ij. In nouissimis tēpibus instabunt tēpora periculosa: et erunt hoīes seipfos amātes: cupidi: elati: superbi: blasphemī: parētibz non obediētes: ingrati: scelerati: sine affectione: sine pace: criminatores: incōtinētes: inimicis sine benignitate: proditores: proterui: tumidi: voluptatū amatores magis qđ dei: spēm habentes pietatis: virtutē autē eius abnegātes. Et sic in hominibus erit interius oīz peccatorū tenebra: et defectus totius claritatis virtutū: que aiām decorā reddunt. ppter qđ poterit dici illud The. s. Egredus est a filia sion. i. ab aīa fidelī: omnis decor eius. Secūda rō est in designatiōnem obscuritatis inferioris. i. tenebrarū infernaliū: qđbus dānati perpetuo includent. iuxta illō Mattb. xij. Mittite enī in tenebras exteriores. et Sap. xvij. Una carena tenebrarū erant oēs colligati.

3 Tertia rō est in signū merorū qđ erit in die iudicij. Tunc enī luminaria splēdore vultus sui veste lugubri cooperient. Sicut enī in die natiuitatis sol habuit circulū aureum in signū gaudij: sic in die iudicij tenebras induetur. vñ Apo. vi. Factus est sol quasi saccus cilicij. vñ Chrysostomus. Patrefamilias moriente domo ei turbatur: familia plangit: nigris vestimētis se induit. sic hūano genere ppter qđ facta sunt oīa: circa finem cōstituto: tot destruet mūdus: celi ministeria lugebūt: et candore deposito: tenebris induētur.

4 Quarta rō est in signū confusionis: quia quodāmodo teget sol oculos claritatis sue: ne videat hoīes tartareis subijci cruciatibus: qui suo lumine fruebant. sicut in passione dei sol suos radios subtraxit ne dñm pendentē videret. vnde signāter dicitur Esai. xxxij. Erubescet luna: et confundetur sol. Cui consonat glo. super Jobel. ij. Sol et luna obtenebrati sunt. qz tanta miserorū supplicia videre nō poterunt. sed timebūt et p claro lumine tenebris operientur. Quinta rō quare ista signa fierent est i designatiōem malorū qđ tunc erunt in ecclia dei. Si quidē sol idest pie

lari: nec predicatione: nec virtutum ostensione fulgebūt: sed in tenebris laritabūt discipulis antixpi publice predicantibus et miracula facientibus sicut predixit dñs Mattb. xxij. Surgent pseudo prophete et dabunt signa magna: et prodigia: ita vt i errore inducant si fieri pōt etiā electi Luna quoqz. i. subditi qui solebāt a plaris illuminari: conuertentur in sanguinē idest in intellectum carnalem: quia scelerent a fide romane ecclie: sicut apus. ij. Thessa. ij. veniet discessio primū. et cōuertentur ad antixpm qui se dicet deum. Aliqui timore tormentorū.

Alij amore diuitiarum et numerorū. Alij autē deceptione miracolorū.

1 Primi discedēt a christo: et ab obediētia et fide ecclie: timore tormentorū. qz sicut describit Daniel. xj. ruent in gladio et in flamma et in captiuitate et in rapina. Et ppter hoc tradet frater fratrem in mortem: et pater filiū et econuerso. eligēs res magis in bonum ducere dies suos: qđ sub tanta tribulatione rerum et corporū detrimentum perpeti.

2 Secundi discedent cupiditate nūmorū. quia antixpus inueniet thesauros absconditos et precipue baculos salomonis: quos artificiose signauerit. vñ Daniel. viij. In copia rerū omnium occidet pluri mos. idem. xj. Multiplicabit gloriā. s. mundanā: et dabit eis potestatem i multis: et terram diuidet gratuito.

3 Tertij discedent deceptione miracolorū de quibus. ij. Thessa. ij. Aduentus eius: scz antixchristi: sūm operationem sathane in omni virtute: et signis mendacibus: et prodigijs: quia phantastica et ad mendacium trahentia. Et ait etiā apus. Faciet signa magna: ita vt ignē faciat descendere de celo in terram in conspectu hominum: et seducet habitantes terrā: scz res probos per signa que data sunt facere ei. Stelle quoqz idest religiosi qui videbantur in fide fortes et firmi ex maxima parte de conuersatione celesti cadēt dimisso habitu ad seculum redeuntēs. quos monet iam dñs Apo. xvj. Beatū qđ vigilat et custodit vestimenta sua: ne nudus ambulet. Quod plozat factum Jobel. in cap. x. Sicum meā decorticaui. ficus: idest statū religionis qui ficui comparatur ppter vite mundiciā figuratū in lactis albe

Religio coparā ficū

line: sancte predicationis dulcedinem que notatur in fructu. Et de hoc etiā scribitur Dan. viij. Deiecit de fortitudine et de stellis: et conculcauit eos. Similiter Apoc. xij. Diaco idest diabolus: cauda sua idest antipos: qui erit cauda diaboli. i. vltimum membrū eius: traxit tertiam partem stellarū celi scz tepidos qui non sunt frigidi per terrore: nec calidi per amorem et misit eas in partes (als) in terram. nā ad litterā maior erit numerus cadērium: qz stantiū in tribulatione illa vñ Zacha. xij. Due partes disperdentur et deficient: et tertia pars relinquetur: et duacam tertiam partem per ignē: et vnam eos sicut vritur argentum: et probabo eos sicut probatur aurum. Et de his ait Daniel. iij. Docti in populo docebunt plurimos. et paulo post. vt cōstentur et eligantur et dealbentur. Et hec de primo principali.

¶ Dixi scdo principaliter qz erūt signa in creaturis rationalibus scz in hominibus qd notat ibi. Et in terris pressura gentiū pre confusione sonitus maris: et fluctuū arefcentibus hominibus pre pfusione et expectatione q̄ superuenient vniuerso orbi. Nam miserabiles hoies qui tūc erūt: videbūt signa terribilia in mari: et in terra: prout narrat Hieronymus se legisse in annalibus iudeorum. videbunt inquam qz mare quidecim cubitis exaltabit: aqs stantibus et in nullā partem fluentibus: deinde tamen in abyssum demergetur: et postea reuertentibz in locum suum: omnis alue maris congregabitur ad pelagus ad modū contententiū mugientes: et illa cōmotio: sicut ait dñs: erit sonitus maris et fluctuum. vnde Naū in cap. f. Increpans mare et eticcās illud: et oīa flumina ad desertum deducens. Et ardebit mare et aque. Elatio maris significat extollentiam impiorum. vnde Esaie. liij. Eoz ipij quasi mare feruet quod quiescere non potest. et hec in quidecim cubitis eleuabit: quia erigentur p̄tra deum per transgressionem decalogi. iuxta illud Job. xij. Lur currit aduersus deū erecto collo etc. et h̄ clectiam que in quibz patriarchibus cōsistit scz Romano: cōstātinopolitano: alexandrino: hierosolymitano: et antiocheno: de quibus Esaie. xij. Erunt quinqz ciuitates in terra egypti loquētes lingua chanaanā. Ciuitas solis vocabitur vna. scz ro-

mana ecclia ad modū solis stabilis et perpetua. vnde Luc. xij. Ego rogauit pro se petre vt non deficiat fides tua. Depressio vero maris penam denorat eorūdem. vnde dñs ait Apoc. xvij. Quātu se exaltauit et in delictis suis: tantum date illi tormētum et luctū. Videbunt insuper homines miserabiles signa in terra. nam in terra sicut terremotus adeo magni: vt pene oīa manu facta ruant. Apoc. xvj. Terremotus factus est magnus qualis nunqz fuit ex quo homines fuerūt super terrā. et Esaie xliij. Concutient fundamēta terre. cōfractioe confringētur terra. contritione cōteretur terra. cōmotioe commouebit terra. agitatione agitabit terra. et hoc in de restatione cupiditatis hīane: quia nō let cupidos amplius super se tolerare. vñ sequit: Et gravabit eam iniquitas sua.

¶ Item oēs lapides etiā parui scindentur adinuicē: et collidētur. iuxta illud Mat. xliij. Non relinquet lapis sup lapidē etc. et hoc in redargutionem obstinati cordis qui noluit cōteri de peccatis suis. Eccli. ij. Cor durum male habebit in nouissimo: Item oīa ligua siluarū: et olera herbarū sanguineum rorem fluent: sicut sibylla p̄dixit. Iudicij signum: fellis sudore made scet. Augu. lib. xvij. de ciui. dei. cap. xliij. Jobel. ij. Dabo prodigia in celo: et in terra sanguinem: et ignē: et vaporē fumū. Sed hoc fiet ad confusione humane vey cordie: que sup seipfam noluit flere. Luc. xliij. Filie hierl'm etc. Item oēs montes et colles in puluerem redigent. vnde ps. Montes sicut cera fluxerūt etc. Item oīa volatilia p̄tionabunt in cāpis: vnū qdēz in genere suo: et hoc ad confusionem hominum: qui cum sint predicti dōne: vix aut nunqz tractatū faciunt de salute aie sue. Hierem. vij. Attendit et aufaultat et nemo qd bonum est loquitur. Item de mōtibz leones descendunt et cum hominibus manebunt: et nulli nocebunt: et hoc in detestationes malorum: qui pauperes et humiles violentem assurgunt. de quibus conuenitur dominus in ps. Qui deuorat plebem meam sicut escā panis. et Ecclesiasti. xij. Genatio leonis onager in heremo. Item ibunt huc illuc velut amensetes: et pre timore arescentes. et hoc est signum qd erit in hominibus rationalibus: qui videbunt signa maris et terre: et

Dñica. II. aduentus

et timore arescent sicut dicit in euange-
lio Arescentibus hominibus. Et de his si-
gnis maris terre hominū scribit Ezech.
xxviij. Commouebuntur a facie mea pi-
sces maris: et volucres celi: et bestie agri:
et omne reptile quod mouetur super humū:
cunctiq; homines qui sunt super faciem
terre. Et hec de secūdo principali.

P Sed dixi tertio principaliter quod erāt si-
gna in spiritibus superioribus. scz in An-
gelis: quod notat ibi. Virtutes celorum
mouebūtur. Ubi querit quid per virtutes
intelligat. Ad quod dicendum sū sanctū
Thomā in. iij. distin. xviij. quod virtutes in
angelis dupliciter dicuntur: vt p; per Dio-
nysum. xj. celestis hierarchie. Quandoq;
em̄ nomen virtutū vni ordini appropria-
tur: qui sū ipsius est mediū medie hierar-
chie: sū iō Gregoriū est supremus in fine
hierarchie. Alio mō accipitur cōmuniter
pro oibus celestibus spiritibus. et vtroq;
modo potest accipi in proposito. In litte-
ra em̄ exponitur prout accipitur scdo mo-
do scz pro omnibus angelis: et tūc dicitur
tur moueri ppter admirationem nouita-
tis: que in mōdo erit. Potest etiam exponi
prout virtutes est propriū nomē ordinis
et tunc ordo ille dicitur moueri pte alijs ra-
tione effectus: quod illi ordini sū Gregoriū
attribuitur facere miracula: que maxime
circa illud tēpus fiēt: vel quia ordo ille
cū sit de media hierarchia sū Dionysii:
non h; potestate limitatā. vñ op; quod eius
ministerium sit circa cās vniuersales. Cū
propriū officium virtutū esse videtur ces-
lestia corpora mouere: que sunt causa eo-
rum quod in natura inferiori agūtur. et hoc
etiā ipsū nomē sonat: quod virtutes celoꝝ
dicuntur. tunc ergo mouebuntur: quia ab
effectu suo cessabunt: vltcrius corpora ce-
lestia nō mouēt. sicut nec angeli quod sunt
ad custodiā hoīm deputati: vltcri; custo-
die officio vacabūt. Vel sumendo pro oi-
bus celestibus spiritibus: tunc mouebū-
tur. quēadmodū em̄ rege terreno ente ad
bellum: duces et milites mouētur: sic re-
ge celesti veniente iudicare viuos et mor-
tuos: virtutes celoꝝ id est oēs angeli moue-
buntur. vñ Chrysostomus. Si rex terrenus
processurus contra aliquē expeditionem
mandat i populō: dignitatesq; oēs mo-
uentur. exercitus exercitantur. tota ciuitas
ferretur: quāto magis rege celesti erurgen-

te iudicare viuos et mortuos: virtutes an-
gelice cōmouebuntur: terribiles ministri
terribilē dñm precedentes. pro candela-
bris fulgura viua pcedent: et pro tubis
exhorrenda trontitura: neq; resistēdi virtū
nec fugiendi erit facultas: nec penitentie
locus: nec satisfactiōis tempus. et angu-
stia oīm rerū nihil manebit nisi luctus. vñ
dñs Mat. xliij. Tunc plangēt oēs tribus
terre. i. pctores quod plus terrena q̄ celestia
dilererūt. Chrysostomus. Plangent iudei: pla-
gent gentiles: plangent xpiani: qui magis
dilererunt mundū q̄ xp̄m. Vel aliter mo-
uebūtur angeli non solū locali descensio-
ne: sed etiam admiratiōe maiestatis diui-
ne: et ex cōpassione calamitatis humane
ex quodā naturali horrore: vidētes super
se iudicem: et sub re reprobos cruciari. quod
prouidens Job. dixit. xviij. Solūne celi cō-
tremescunt: et pauent aduentum (als ad
nutū) eiꝝ. vbi dicit Augusti. Quid faciet
virgula deserti: vbi timore concutitur ce-
lus paradisi? Et sic pty quomodo erūt
signa in angelis: quod notat ibi. Virtutes
celoꝝ etc. Atq; autē signa ista sint indica-
tūa diei iudicii. ita quod per ista signa pos-
sit sciri dies vel hora iudicii? Dicendū est
quod non. et ad hoc inducit sc̄tus Thomā. ra-
tione et autoritate in. iij. sententiarū. di. xlvj.
arti. s. questio. iij. vbi dicit quod deus p sua
potentiā et scientiā est causa rerū. vtrūq;
autē creaturis cōmunicat. dū etiam rebus
tribuit virtutem agendi alias res: quarū
sunt cause. et quibusdā etiam rerū cog-
nitōne prebet. sed in vtroq; aliqua de; sibi
reseruat. operat em̄ quedā in quibus nulla
creatura sei cooperat: sicut in creatione:
et hoc quātū ad potentiā. et simil; cogno-
scit quedam quod a pura creatura nō cogno-
scunt. hec autē nulla alia magis esse debēt
q̄ illa que soli diuine subiacerē potestati:
in quibus nulla creatura ei cooperat: et hu-
iusmodi est finis mundi: in quo erit dies
iudicii: non em̄ per aliquam causam crea-
tam mundus finietur: sed solū per deū.
sicut etiam mundus esse icēpit immedia-
te a deo. Unde etiā cognitio finis mundi
soli deo reseruatur. et hec est ratio sancti
doctorū. Autoritates autē sacre scripture
inducuntur due. prima est Marti. xliij.
De die et hora iudicii. nemo scit. neq; an-
geli celoꝝ nisi solus pater. ecce ergo quō
soli deo reseruatur. Secunda autoritas est

virtutes mouebūt

sū angelo virtutū

vid. fo

quod finis mundi nō p̄ copiosa. fo. 22. d

Actuum. s. Non est vestrum nosse tempora
vel momenta quae pater posuit in sua praeteri-
tione. qñ dñi. qñ soli eius potestati referuata sunt.
Et sic pater quomodo erunt signa circa
finem mundi.

In corporibus celestibus: quia erunt signa
in sole et luna et stellis.

In creaturis rationalibus: quia in terris pressu-
ra gentium pro confusione sonitus maris.

In spiritibus angelicis: quia strutes celo-
rum mouebunt. Explicat. Deo gratias.

Quoniam secunda aduentus. Ser. vs.
no. hat. in. no. dic.



Rerunt signa in so-

le et luna et stellis. Luc. xij.
et in euangelio etc. Domi-
nica praeterita sancta mater
ecclesia representant nobis

in euangelio aduentum christi in carnem: nunc
autem in isto euangelio representant nobis ad-
uentum christi ad iudicium. Et in hoc ecclesia

intendit nos puocare ad bonum operandum:
et ad malum vitandum: iuxta illud Psalmi.

Declina a malo: et fac bonum. Et quia bo-
ni faciunt bonum amore: et mali vitant ma-
lum timore. iuxta illud Horatii in epistolis

luis. Oderunt peccare boni virtutis amo-
re: Oderunt peccare mali formidine pene.

Idcirco dominica praeterita ecclesia res-
presentauit aduentum christi in carnem: quod

fuit humilitas et amoris: et in presenti do-
minica representat christi aduentum ad iudi-
cium: qui erit terribilitatis et timoris.

Unde pro introductione et declaratione
thematium noueritis quod hinc quod dicit Hiero-
nymus super Esaiam. et Isidorus de summo

bono: est differentia inter noticiam natu-
ralem: et scientiam fidei. quia scientia natu-
ralis potest probari per naturalem ratio-
nem: et scientia fidei non: sed solum probatur

per signa. Ad propositum siue aduentum christi
in carne: siue ad iudicium habetur et res-
netur per scientiam fidei: idcirco christus vo-

lens de his aduentibus informare apo-
stolos: informauit eos non per rationem
naturalem: sed per signa dicens. Erunt signa in

sole et luna et stellis. Et notate modo prima
ioui informatio et declaratione thematis:
reperietis quod per omnia signa que alias

facta fuerunt pro probatione aliquibus ve-

ritatis fundate in fide: probat christus in hoc
euangelio diem sui futuri iudicii. Fuerunt

als facta pro probatione et confirmatione
fidei: tria signa vel in triplici differentia.

Primum in terra et in aqua.

Secundum in inferno.

Tertium in celo.

Primum signa fuerunt facta pro confirma-
tione veritatis fidei per Moysen in egypto
pro specialiter in terra et in aqua. vñ Ps.

Misit signa et prodigia in medio tui egypto.
Ista signa fuerunt in aqua: quia con-
uertit flumina eorum in sanguinem. et in

terra: quia dedit in terra eorum ranas etc.
Ista signa christus dedit discipulis pro con-
firmatione futuri iudicii in euangelio ho-

dierno. quando dixit quod erit in terris pres-
sura gentium pro confusione sonitus mar-
is etc. Ecce signa in terra et in aqua.

Secunda signa als facta pro confirmatio-
ne fidei et veritatis fuerunt in inferno. Ista
signa dedit Esaias regi Achaz. Esai. viij.

Pete tibi signum a domino deo tuo in pro-
fundum inferni: siue in excelsus supra. In
profundum inferni. intelligitur per suscita-

tionem alicuius mortui. Ista signa dat
christus pro confirmatione futuri iudicii: quia
non solum vnus suscitabit mortuus in

iudicio: sed omnes homines mortui. vnde in sym-
bolo. Ad cuius aduentum omnes homi-
nes resurgere habent etc.

Tertia signa als data pro confirmatio-
ne fidei veritatis fuerunt in celo. Ista signa
fuerunt data Josue. in cap. x. de quibus

signis scribitur Luc. xj. Et alij tentantes
signum de celo querebant ab eo. Ista signa
de celo christus apostolis dedit pro

confirmatione futuri iudicii: quando dixit
in themate. Erunt signa in sole et luna
et stellis. Et hoc sufficit pro thematis de-

claratione: Nam pro thematis profecus-
tione: nota tria signa.

Primum signa sunt presentia. fo. 15.

Secunda praeterita.

Tertia futura.

Quod dico primo quod deus dat homini prima
signa presentia. et ista sunt beniuolentia meta-
lis. Dedit signa praeterita recordationis per-

petualis. Dabit etiam nobis tertia signa
que futura sunt de promissione generalis:
et de istis dicit thema. Erunt signa in sole

et luna et stellis.

tria signa

vid. fo. 13

12

20

Dñica. II. aduentus.

signa prima

signum

Primo ergo dat nobis signa presentia benivolentie mentalis etc. Istud signum dat nobis in oib? creaturis que sunt: quas a tpe creationis vsq; ad presens: dat hoc in signum benivolentie: cui oia illa creauit i sua utilitate et fuiti. Signum qppe vt nostris est qd se offert sensui aliqd relinquens in intellectu. vñ qlibet creatura signum est: q; qñcunq; se offert visui nro seruiens nobis absq; defectu: d; in intellectu nro relinq; re tanq; summo amatori: nro t bñfactori. Unde dicit Hugo de arca noe. Celu dicit hoc. Ego ministro tibi lumē in die vt videas: tenebras in nocte vt quiescas. ego ad vtilitatē tuā gratas tepoz vicissitudines procuro. s. veris / t estus feruorē: aut pulchritudinē: hyemis algorē. ego alternatiue incrementa noctiu spacis simili rōne dissimilic; extendo: vt varietas fastidium tollat. Aer dicit tibi prebeo statū: et oē genus auū ad tui nutrio obsequium. Aqua dicit. tibi potū prebeo: sordes abluo: arenia rigo: et diuersa gñā piscū ad tuā escā ministro. Terra dicit. ego panē cōfero: vñ no letificor: et ois generis fructibus delecor: diuersis aialibus mēsas tuas repleo. Et si ista oia hō bñ cōsideret: nonne hec oia per visum t sensum cōprehēsa offerūt intellectui ei? rerū autorē esse omnū cordialissimū amatoriē: certe sic. Patz igit q; in oibus creaturis dat nobis deus signa continua cōtinue t in presenti benivolentie mentalis. t talia signa et tam magna: q; nullus pot ostēdere: t dare nobis similia benivolentie signa: vt sibi regratiā do dicamus illud Job. iij. Nemo pot hec signa facere que tu facis. s. quotidie continue t in presenti.

signa preterita

¶ Dixi scdo q; deus dedit nobis signa preterita: recordationis perpetualis. Ista signa preterita sunt sacramenta ecclie: que lz in ecclesia habeatur presentia: tñ preteritor; beneficio: que xps in carnē ppter nos veniēs peregit: sunt signa memoratiua. specialiter aut illi? acerbissime passionis: quā p nobis in cruce sustinuit: q; nullo modo a nostra memoria debet recedere: immo illa debemus menti imprimere summe: ne ingrati de tanto beneficio habeamur. ad quod nos monet Bernar. super cant. sermone. x. pulchre sic di. Nolo vos iudaico notari opprobio: de quibus

scriptura testatur q; non fuerunt memoratiua beneficio eius: et mirabiliū ei? que ostēdit eis. Verum quoniā bona que largiri nō cessat misericors t misericor: dñs: recolare t colligere omnia / omni hominū impossibile est. quis enim loqueretur potētias dñi: auditas faciet omnes laudes eius: illud saltem qd precipuum est t maximum: opus videly nostre redemptionis a memoria aliquatenus nō discedat. An? de dicit xps aplis Luc. xij. Hoc facite in meam cōmemorationem. et. s. ad Cor. iij. dicit apostolus omnibus fidelibus. Quotiescunq; manducabitis panem hūc: et calicem bibetis: mortem dñi annuntiabitis etc. De istis signis rememoratiuis dicit apls ad Heb. in. c. ij. Salus nostra cōfirmata est contestante deo signis et potentis et varijs virtutibus et spiritus sancti distributionibus.

¶ Dixi tertio q; deus dedit t dat futura signa prouidentie generalis. Ista sunt signa que dat nobis t dedit apostolis de suo futuro generali iudicio: de quibus thema. Erunt signa in sole etc. Et pro materia ista sunt duo notanda.

Primum q; deus voluit suū generale iudicium quo ad diem et horam esse hominibus impreuisum.

Secūdm q; voluit deus illud esse hominibus prouisum.

Prima pars:

¶ Dico pmo q; deus voluit suum generale iudicium quo ad diem et horam esse hominibus impreuisum. patet Matth. xxij. De die autem illa et hora nemo scit. neq; angeli in celo: neq; filius. scily ad reuelandum alijs: nisi pater solus. Item nec istam diem t horam apostoli scire potuerunt. Unde ipsi de hoc querentibus: respondit xps Act. i. Nō est vestrum nosse tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate. Rō quare istā diem et horam voluit deus esse impreuisum hominibus: est vñ sanctum Tho. in iij. di. clviij. quia cum deus per suā potentiam t sapientiam sit causa rerū: vtrāq; istarū rebus cōicat: q; tam potentiam cōmunicat q; etiam sapientiam: tñ in vtrāq; sibi aliquid reseruat. sicut patz in potētia: q; cōicat rebus q; possint multa opari et facere: sed reseruat sibi potētia creandi:

fo. 21. d

mortuos suscitandi: et miracula faciendi. Sicut igitur aliqd sibi reservat de potentia: ita quo nulla creatura sibi committat: sic de scientia aliquid sibi reservavit et precipue in his qd soli subsistent potestati et voluntati. An cum simile sit de fine mundi: qui a mera voluntate sua dependet: sicut et eius principium: inde est qd nulli erit notum. et hoc est inqt sanctus Th. qd xps dicit aplis. Non est vestru nosse tpa vel momenta &c. Ecce qd istud xpus reservat sibi i sua voluntate vel scientia. Que pf posuit i sua ptate. Ecce qd isto reservat i sui potetia. Sed obijciunt aliqui di. qd immo deus iam revelavit finem mundi: et die et hora ram iudicij: et predicant multi et docent qd non durabit mundus nisi per tepus certum. et qd non opy edificare domos: nec plantare vineas: et qd antixpi iam natest et similia. et qd no valet argumentum qd si no revelavit aplis neq; revelabit nobis: quia tpe antixpi dy esse terribile bellum s fideles: et in die iudicij cōtra pccōres et malos. vbi procedet xpus cum magna potetia: et omnis creatura et orbis terrarum pugnabit s insensatos: vt dicitur Sap. v. Tunc dicunt isti. sicut illis qui debent alicui bello interesse: dies et hora belli reuelatur de bona congruitate: imo et de necessitate: vt ad bellū se preparent. illis qui non debent interesse: no est necessarium reuelare. Modo ergo dies illa et hora illis reuelabitur: qui erunt tpe antixpi: qz bello habent interesse: nec fuit necessariū aplis reuelare: quia non habent interesse. pro hoc est autem exemplum de bello tartarico: qd reuelat armenis et yngaris et no hispanis: quia pumi bello hnt interesse: secūdi nimis distant et bello interesse non hnt. ita qd si hispani dicant: qm erit bellū tartaricoꝝ: congrue pōt eis respondere. no est vestruz nosse et quo in bello no habet esse. Adodo respōdeo primo ad istā autoritatem. Non est vestru nosse tpa vel momenta. m̄ deo qd licz ista respōsio: et istud exemplū sit pulchru et satis congruū: tñ contra eos est: quia p hoc exēpluz habet qd illis qui debent interesse in bello reuelat dies et hora belli: vt se ad bellū preparent: no illis qui no debent interesse: qz non opy illos preparare. et b sequit si bene exemplum ad propositū applicat: qd aplis ex

quo non habebant interesse: non fuit eis nūciatum aut reuelatum qd prepararent se ad illud bellū: cū non deberēt interesse sed hoc manifeste est falsum et s dictum xpi: qui Luc. xij. dicit aplis et illis qd fuerunt illo tpe cum eis. Hoc autem scitote: qm si sciret paterfamilias qua hora &c. se quitur. Ideo et vos estote parati: qz &c. nota parati. et Matt. b. xvj. vigilate itaq; &c. nota vigilare. vigilia preparationem dicit. Unde nota qd xps non solū voluit aplos pro illa die esse paratos: sed p omni tēpore ante illā diem. pty nam nō solum occultavit eis tēpus illius diei: sed tēp in quo illa dies eē debebat. Unde qm ipi dixerūt. Si in tpe h̄c. xps potuit rēdere non in tēpore h̄c: neq; vsq; ad mille annos: sed in alio tēpore mag; distanti: sed magis eos volens esse pūctos et paratos tps eis negavit et occultavit: in quo esset et in quo no esset illa dies et hora. Item apli et illi qui fuerunt in ecclesia primitiva de facto pparauerunt se pro illo bello et die: et intendebat ibi interesse. igit; cōs ueniens esset qd fuisset eis reuelatum: ex quo illis qui debebant interesse bello reuelabatur bellū: qd ipsi intendissent interesse illi bello et diei antixpi: pty qd fm qd dicit sc̄tus Th. vii. s. et recitat Hieronymum de viris illustrib; qd tpe ecclie primitiue vbi erant apli: surrexerūt persecutores adeo graues qd tunc de propiūo vicinus spabat imminēs antixpi aduentus. Itē et fundamēto exēpli dati multū colorare videt qd helie et enoch fuerit dies iudicij reuelata: cū ipi illo bello habeat interesse tanq; principales: quia maloch. iij. Mittam vobis heliam anteq; veniat dies dñi magnus et horribilis. tñ in tota sacra scriptura hoc no legit; nec habetur qd eis hoc sit reuelatū: igit; nec alijs qd ibi erunt. Et cludit igitur sc̄tus Th. vii. qd dies iudicij: et finis mundi quoad diem et horā: est hōibus simpliciter improuisa. Quod etiā p̄ et dicitur August. xvij. de ciuitate dei cap. liij. sic dicētis. Omniū de hac re calculatū digitos resoluit: et quis escere iuber ille qd dicit. Non est vestrum nosse tempora &c. subdit. Quod em̄ aplis qrentibus noluit indicare: nec alijs indicabit. Ideo oēs aliq; qd predictū tps computare volunt: hactenus falsiloqui sunt inuēti, hec sc̄tus Th. vii. Item aplis xps

vigilare qd h̄c. 2

inf. ad 3

die qd hora iudicij
et finis mundi. m̄
p̄ congrua

Dominica. II. aduētus

indicauit oēm veritatē necessariā ad salu-
tem: non solū pro se: sed etiā pro romana
ecclesia: s̄m q̄ dicūt doctores sup illo Jo.
xvi. Eū venerit ille spūs veritatis: docebit
vos oēm veritatē. Si igit ista veritas, scz
de die ⁊ hora iudicij fuisset fidelib⁹ neces-
saria ad salutē: sine dubio hoc aplis reue-
lasset. Sed diceret et quōd de⁹ non posset
vel potuisset reuelare alijs inferiorib⁹?
postolis diē ⁊ horā iudicij: Rñ. p̄r ⁊ po-
tuit de potentia absoluta non tñ ordina-
ta. Ratio quia sicut in celesti hierarchia:
sic in ecclesiastica s̄m Dionysij. sed in cele-
sti de cōmuni lege nihil reuelat inferiori-
bus: nisi p̄ superiores: ergo ⁊ hoc in eccle-
siastica. Et sic sum expeditus de p̄mo qd̄
debebam declarare. s. q̄ deus voluit suū
generale iudiciū quoad diē ⁊ horam
esse hominibus improuisum.

Secunda pars.

Sed dixi secundo in

ista parte: q̄ debebam declarare q̄ deus
voluit suū gnale iudiciū quoad diē ⁊
horā esse hoib⁹ improuisum. immo s̄m
Bregio. ideo de⁹ voluit illud esse improui-
sum: vt essent puisti. Ad hoc em̄ (inquit)
cōditor n̄r diē illū latere voluit: vt dum
semp̄ ignorat: semp̄ proximus esse videat-
ur. Ideo deus dat nobis multa signa de
die iudicij ⁊ fine mundi: ⁊ maxima ei⁹
pp̄nquitate. Et no. q̄ ista signa sunt in
duplici dīa. Nam quedā istoz precedūt
iudiciū ⁊ finē mundi: Quedā cōcomitan-
tur iudiciū: ⁊ sunt simul cum eo.

¶ Prima signa q̄ precedūt iudiciū: erūt
in terra: que sunt signa p̄uissōis: ⁊ sunt
que ponūtur. Matt̄ b. xxiij. de refrigera-
tione charitatis. de superabūdantia ini-
q̄tatis. de guerris ⁊ de fame. de terremoti-
bus ⁊ de pestilentijs. De istis signis non
possum⁹ nos dicere. Signa n̄ra non vidi-
mus. vt dicatur in Ps̄. Immo sepe ista si-
gna vidimus. ⁊ sepe ⁊ continue videm⁹.
Nam vt dicit Bregorius in homelia ho-
die. gentē super gentem erurgere: eas
rūq̄ pressurā terris insistere: plus iam in
nostris tribulationib⁹: q̄ in codicibus le-
gimus. ⁊ terremotus vbes innume-
ras subuānt: ⁊ alijs partib⁹ mundi au-
diuimus. pestilentias sine cessatiōe pari-
mur. Et q̄ ista signa sunt ita frequentia:
cōcludimus ⁊ arguimus maximā pp̄nq̄

tatē finis mūdi: ⁊ diei iudicij: ⁊ aduē-
tus anti xp̄i. vnde xps dixit nobis Matt̄.
vbi. s̄. Cum videritis hec fieri: scitote qz
p̄pe est iam finis. Et ideo dicebat reuerē-
dus pater magr̄ Cincēt⁹ prop. he. prob.
¶ Item sunt alia signa que precedūt iu-
diciū. scilz in celo de quib⁹ thema. Erunt
signa in sole ⁊ luna ⁊c. Et signum in sole
erit obscuratio. in luna erit eclipsatio. in
stellis denigratio iuxta illud Eszech. xxiij.
Nigrescere faciā stellas. Et licet ista signa
adhuc debeant venire litteraliter: tamē
quondie videmus impleri ea moraliter.
Nam in sole: qui significat statū clericoz
modo spūaliter videmus obscuratē: ⁊
rorū ⁊ ignorantie. in clericis mō non rep̄-
tur nisi ignorantia. Nam in luna que si-
gnificat statū principū terrenaliū: est ecli-
psis de odio ⁊ malivolētia. vnus est tra-
aliū. ⁊ non aspiciunt affinitatē: nec pros-
pinquitatē. Nam in stellis q̄ significant
statū subditoz: est denigratio rebellionis
ad superiores ⁊ dños. Modo inter suos
nullus vult obedire dño. neqz maiorē res-
uereri minor. nec inter subditos religio-
sos aliquis vult obedire prelato. Et cum
videntis hec fieri: scitote qm̄ prope est re-
gnum dei. Luce. xxi.

¶ Dixi scđo ⁊ vltimo ⁊ hic finis sermonis
q̄ erūt alia aliqua signa cōcomitantia iu-
diciū ⁊ ista erūt executionis. Ad istud
em̄ iudiciū venit xps cum potestate ma-
gna ⁊ maiestate: vt dicit in euāgelio ho-
die. sicut venit vnus rex ad bellū tra-
inimicos suos. In bellis s̄m q̄ dicit Ae-
gerius de re militari sunt cōmuniter tria
signa q̄ erunt in isto iudicio. scz
Signa muta: vt ventilla.

Signa semivocalia: vt tuba.
Signa vocalia: vt vba duct⁹ vel p̄ncipis
suos ad victoriā p̄uocantia: vt fantasia-
gos: santiago. Castilla. aragō aduersarios
p̄fundētia ⁊ deterrētia: vt mouant pro-
ditores moriantur ⁊ similia. Oīa ista si-
gna erunt in illo iudicio.

¶ Primo erunt signa muta vt crux xp̄i
in qua fuit crucifixus: ⁊ alia instrumēta
passionis: vt clauī flagella ⁊c. ⁊ de his
Matt̄. xxiij. Apparebit signū filij hoīs in
celo. Itē apparebūt ibi alia signa muta
vt plage ⁊ cicatrices xp̄i: quas seruat spe-
cialiter p̄ illa die: vt pctōies confundat.
vnde s̄m August. in libro de symbolo: q̄

A. coll. 2.
are d. 9 nō reuelat
⁊ orem⁹ horas
dicit
ut iust.

am signa p̄cedūt
rem iudicij. q̄d
quere

in bellis sunt. 3. signa

ut fo. 19

fo. 19.

hūbūs et iudeis manus perforatas ostēdens: et latus et vulnera dicit eis. Ecce hōies quē crucifixistis. Agnoscite latr qd̄ pupugistis. p̄ uos et p̄pter uos aperta ē: nec intrare uoluistis. De istis signis scribit Zach. xij. Videbūt in quētrafixerūt.

¶ Secundo in isto iudicio erūt signa seculi: uoc. lia ut tube: quoniam s̄m qd̄ dicit apla. s. ad Thessal. iij. iudiciū istud et resurrectio mortuorū: non solū fiet uirtute dei: sed concurrerit ibi uox archāgeli. s. michaelis in tuba. Ipse dñs i iussu: et in uoce archāgeli: et in tuba dei descēdet de celo. De isto signo Hieronymus. Siue edam: siue bibam: siue uigilem: siue dormiam: semp̄ uidetur intonare illa tuba q̄ dicit. surgite mortui: uenite ad iudiciū.

mixturas. tria opera fecit deus ita mirabiliter singularia: vt talia nec facta sint: nec amplius faciēda. **Cōtra** quidē sunt de? & hō: mī & virgo: fides & cor: humanū. **Prima** valde mirabilis: q̄ coniuncti sunt deus & limus. maieſtas et infirmitas. tanta vilitas tāra ſublimitas. nihil deo ſublimius. **Scda** nihilomin? valde mirabilis. **Origenes**. A ſeculo nō eſt auditū q̄ virgo eſſet q̄ peperit: q̄ mī eſſet que virgo p̄mā ſit. **Tertia** eſt p̄ma et ſcda inferior: ſed nō min? forte mirabilis. **Mirū** em̄ q̄ cor: humanū fidē hīs duobus accommodauerit. quomodo credi potuit q̄ deus homo eſſet. q̄ virgo permanſit que peperiffet. hec ille. Ergo merito erant ioseph & maria mirantes ſuper hīs.

¶ Scdo in minorū p̄ncipalr̄ dixi rē. **Teſtificātibz** ſc̄ris Augu. & Viero. doctōribz: pauciſſimis fuit reuelata & manifeſtata i carnatio filij dei. **Siquidē** reges & p̄ncipes facta ardua ſecretrat admiranda paucis reuelāt etiam amicis. poſſime q̄n de bellare volūt inimicos. **¶ An** Viero. Virtutes inq̄t angelice de myſterio carnis indute ſtupētēs dicūt. quis eſt iſte rex glorie. **Quibz** r̄idēt veniētēs cū deo. **Dñs** fortis et potēs rē. **Siquidem** ipſi angeli x̄po in aſcēſione obuiates in aſſumpta carne: mirātes de redēptis patribz ſtupētēs potuerūt dicere illud **Zuc. v.** Vidim? mirabilia hodie. **Nēpe** de? p̄ arduiſſimū ſecretrū ſuum. videlz incarnationē verbi nō videtur ſuis angelis a principio reuelaffe: imo ad tēpus eiſdē occultaffe: & p̄ oñs ſi angeli q̄ ſemp vidēt faciē patris q̄ in celis ē: factū incarnationis mirabant p̄pter neſciētā: nō mirā ergo ſi erant maria et ioseph mirantes ſuper hīs.

¶ Tertio p̄ncipaliter rē. **Tā** grāde. tā magnū fuit opus incarnationis. q̄ nō poſſet de facili explicari. **Lex** em̄ deus p̄ ſuā potētā/mira/magna/et grādia fecerit in lege: nūq̄ tñ ſimile reperiem? factū. **Audiamus** maximū in ſmo. de nati. ad p̄poſitū ſic loquētē. **Viderūt** inquit patres noſtri magna & innumerabilia mirabilia dei. **Leuā** inq̄t angelicas illis eſcas rozaui: ſicut patz de māna. dulcia pocula lapis duriffimus miniſtraui: q̄n moyses de mandato dei cū virga percuffit petrā. **Jordanis** ſuū p̄pū curium in fontē retoiſit. **Jordanis**

cōuerſus eſt rē. **Tubarū** ſtrepitu/validiſſimus hoſtiū murus corruit: q̄n muri hies richo corruerūt. **Sol** quoq̄ commozatus in celo: lōgiore populo triumphāti diē preſtitit tpe ioue q̄n ſol ſtetit in medio celi. **Doc. hō** nullis ante ſeculis datū eſt videri: vt vniigentus altiffimū quē trementes archāgeli cōſpiciunt: hoīem ſe hoibus exhiberet. **Et** ſi tibi viderut q̄ ſit minus dñi gnū videre filiū dei natū de femina: virgine cogita peperiffet. **Si** tibi forſan pām videri leſcūt: angelos collaudātes: & multitudine celeſtis exercitus admirare. **Si** p̄ſepe deſpicias: erige parūper oculos: & nouā in celo ſtellā preſtādo mundo natiuitatē dominicā contemplare. **Si** credideris vilitate crede mirifica vt accedat qd̄ ſcribit **Marci. viij.** admirabant dicētes. bene oīa fecit.

Sed qui ſunt illi q̄ mirabant? **ioseph** & maria teſte origene in homel. vbi dicit. **Cōgregemus** i vñ ea que in ortu dñi noſtri iſu x̄pi dicta ſcriptaq̄ ſunt de eo: et tunc ſcire poterimus ſingula queq̄ eſſe digna miraculo. **Gobiē** & p̄ mirabaf & mī ſuper hīs que dicebātur de illo. qd̄ fuit thema. **¶ Pro** cuius proſecutione/notandū q̄ vltra illa que in ſacra redēptōis natiuitate admiratione digna fuerunt: multa alia in deo et creaturis reperiuntur: que ſatis miranda apparent. et ſunt ſeptem inter alia. **¶ Miramur** nanq̄

Primo dei infinitam ſcientiam: cui nihil abſconditur. **Secundo** dei immenſam potentiam: qua omnia producantur. **Tertio** dei ſummā prouidentiam: qua vniuerſa reguntur. **Quarto** dei excellam iuſticiā: qua merces reditur. **Quinto** dei ineffabilem clementiam: que non comprehenditur. **Sexto** hominis exquisitam maliciā: qua deus offenditur. **Septimo** ſupernalem celi gloriā: que iuſtis preſtabitur.

¶ Dico p̄mo q̄ miramur dei infinitā ſcientiā cui nihil abſcōditur. **Nā** ſicut claritas ſolis diſt admirabilis: ſic ſcientia dei eſt mirabilis. nec mirum q̄n ipſe ſcit numerum angelorum: numerum ſtellarum: numerum arene maris: ſcit cogitationes: cōſenſus: operationes: et locutiones. ſcit pie

perita: presentia: et futura. scit que nō sunt: que non fuerunt: neq; vniq; erunt: sed pos- sunt esse. In ista sciētia dei multa sunt mi- ra et stupēda: vtpote mirum est q̄ omnia in vno intellectu concipiuntur: et ab vna intelligentia cognoscantur. Mirum q̄ fu- tura ista sunt sibi presentia. vñ nihil trās- it in preteritum apud miram sciētia dei. Et potest ista sciētia designari per illud mirabile speculum alerādrī: quod erat vt narratur tante quātītatis: q̄ positum sus- pra muros vnius ciuitatis obesse: in eo cuncta sibi opposita apparebāt. ita q̄ mi- lites existentes de foris se cernentes et re- spicientes in speculo: credebant esse in vt- be obsessa militum multitudinem copios- sam. Sic vni formiter illi de ciuitate crede- bant hoc de illis qui erāt in obsidione: eo q̄ illud speculum erat situm in loco emi- nēti: in quo omnia opposita clarissime re- lucebant in ipso. Speculum sine macula est sciētia dei mira. cui nihil dicitur esse absconditum vel occultum: cum oīa sint nuda et aperta oculis eius. sicut dicit apo- stolus ad Hebrēos. iij. Qui scit preterita: et de futuris estimat. Sapientie. viij. In isto speculo relucēt omnia euidenter: im- mo etiam mala. De ista sciētia loquitur propheta in ps. cxxxvij. Admirabilis facta est sciētia tua ex me: confortata est et nō potero ad eam.

¶ Secundo miramur etc. Ab ista potētia mira multa alia sunt pducta mirabilia. Mirabile magnum est q̄ omnia sint pro- ducta de nihilo: et q̄ omnia possint sepa- rari subito. vnde in collecta. Deus qui mi- rabiler condidisti hominem: et mirabi- lius reformasti etc. Per istam potētia fit panis in corpus christi conuersio. per istā potētia fiet omnium hominum in in- stanti resurrectio. quapropter vocabitur admirabilis deus fortis. Esaie. ix. Dicūt naturales q̄ elephantes inuenientes ves- tigiū hominis in arena deserti: statim mirantur ac stupent ac si ipm naturali in- stinctu dñm cognoscerēt omnium anima- lium: Moraliter arena est copus homi- nis sterile sine fructu: in quo per potētia am est vnum mirabile productum. videli- cet vestigiū sancte trinitatis. Cum igitur vestigiū sancte trinitatis reperiat in omnibus creaturis: debemus timere et

admirari suam mirabilem potētia: qua occasione deberemus a peccatis recedere et cessare. quoniam ipse clamat in scriptu- ra. In conspectu potentium admirabilis ero: facies principū mirabuntur me. Sa- pientie. viij.

¶ Tertio principaliter miratur etc. Si qui- dem diuina prouidentia in regimine vni- uersi est valde mirabilis et occultata. In hu- ius figura legitur q̄ bester regina videns asuerum regem vestitum regalibus fulgē- tem: et vultu terribili in solio presidētem: in pallorē versa: mutato colore reclinans super ancillam: in hec verba prouipit. Vidi te domine quasi angelum dei. et sub- iunxit. Valde mirabilis es domine: et fa- cies tua plena est gratiarum. Bester. xv. Moraliter asuerum interpretatur beatifi- cans: et designat creatorem omnium crea- turarum: qui beatificat et premiat omnes suo nomine laborātes: immo suo seruitio militātes. Iste sedet in solio supere ma- iestatis: prouidens creaturis: immo totū vniuersum per suam prouidentia: per suā sapientia regens iustissime et gubernans. Iste fulget vestitus vtpote sociatur ange- lis: ac beatis spiritibus: qui ipm reddunt mirabilem supra modum. quoniam scri- ptum est in ps. lxxij. Admirabilis deus in sanctis suis. Ande cantamus in quodam inuitatorio. Adoremus regem magnū do- minū: qui sanctis suis semper mirabilis. Verū tamen apparet vultu terribilis pro- pter seueritatē iusticie malos puniendo. De prouidentia mirabili istius regis vide- batur loqui beatus Augustinus libro solī loquiorū. lxxvij. Doce me abyssus tenebro- sa sapientia qui libraisti in pondere mons- tes: et colles in statera: et appendisti tri- bus digitis molem terre: suspēde molem in coposalitatis huius quam tribus digi- tis tuis ad te vt videam et cognoscam q̄ mirabilis est in vniuersa terra. Tu inquit mūdus de filiis hominum eos in quibus placuit habitare: quos sine eorum meri- tis predestinasti ante mūdum: vocasti de mundo: vniificasti in mundo: et magnifi- casti eos post mundum. nō omnibus hec factis: quod ammirantur oēs tabescentes sapientes terre. Bester que interpretatur abscondita: designat aīam rōnalē: que re- cte claf ī corpore mortali atq; abscondit.

Hec est regina que corpori ad regendum
 dicit esse accommodata, vel ad eius impium
 modum corporis regum. Ista regia consideras dei
 mirabile pulchritudine amore in amara
 tabeficit: sed consideras suspensuram turpitudinis
 colore mutato nigrescit. et consideras mira-
 bile dei prudentiam clamant. Valde admira-
 bilis es dñe. Mirabile est apud homines quod bo-
 ni tribulentur: et mali prosperentur. Mirabi-
 le quod aliquid sine merito predestinetur: et aliquid sine
 demerito reprobetur. quod aliquid moritur in iuue-
 tute, aliquid in senectute. Mirabile est quod bo-
 ni breui tempore viuunt: et mali tempore satis lon-
 go. Hec ergo dicit regina, valde admira-
 bilis es dñe. Cui alludit eximus prophetarum
 dicitur psalmi vij. di. Dñe dñs noster quod admira-
 est nomen tuum in vniuersa terra. Mirum est valde quod
 vniuersam terram regat et sustineat:
 et quod ad regimem vniuersorum: et per totius
 orbis circuitum sua mirabilis prudentia
 dei fecit magna in egypto: mirabilia in
 terra cham: terribilia in mari rubro. vt ac-
 cedat illud. psalmi cxi. Mirabilia eius in profun-
 do. Quarto principaliter dixi etc. Maxime
 dei iusticia apparebit mirabilis in puni-
 tione malorum. et de facto mirabile est quod pro
 peccato quasi momentaneo: detur pena eter-
 na infinita duratio. Mirabile est quod cor-
 pus materiale semper sit in igne et non consumat.
 semper sit in dolore et non moriatur. et
 ita erit de corporibus hominum danatorum. Istud
 mirabile declarat beatus Augustinus lib. xij. c. ij.
 et sequens. de ciuitate dei. per multa mirabi-
 lia que sunt in mundo. Primum mirabile est de
 quibusdam vermibus: qui viuunt in aqua frigida:
 et extra aquam illam viuere non possunt. Secundum
 mirabile de salamandra: que viuunt in igne.
 Tertium mirabile de calce viuua: que quando extin-
 gitur tunc accenditur et fumat. Quartum mi-
 rabile de eade calce: que quando super eam infunditur
 oleum non fumat: et tamen oleum est fomentum
 ignis et aqua contraria igni. Quintum mirabi-
 le quod cum ignis sit lucidus in colore: tamen
 combusta per ignem nigrescunt. Sextum mira-
 bile quod motus sicille semper ardent et non consumuntur.
 Septimum mirabile quod fons est in
 sicilia que de die est frigidus: et de nocte ca-
 lidissimus. Octauum mirabile de fonte vbi
 faces extincte statim accedunt. Nonum mi-
 rabile de palo in bybernia posito in stagno:
 quod pars que tangit aquam conuertitur in
 ferrum: et pars tangens terram conuertitur in
 lapidem: et pars superior remanet lignum. et mul-

ta mirabilia que adducit. Ista mirabilis ius-
 ticia dei faciet mirabilia in die iudicii: vt
 merito dicamus. quod mirabiles elationes ma-
 ris: mirab. in altissimis. in psalmi xcij. Ultima
 tum iudicium comparat mari rone amari sa-
 poris: rone horrendi clamoris: rone pel-
 lendi fetoris. Siquidem maxime continet
 amarum saporis: causat fluctum clamoris: ex-
 pellit socium fetoris. Sic finale iudicium vbi
 apparebit maxime mira iusticia dei: erit
 amarum per tribulationem: clamorosum per
 tubarum resonationem: fetosum expulsum per
 peccatorum in inferno punitionem. Dicit ergo deus
 iusticia mirabilis. percutiam egyptum in cunctis
 mirabilibus meis. Exod. ij.
 Quinto mirantur etc. Clemencia dei mira-
 bilis est supra modum. Nunquam mirabile
 est die peccare: et versus ad mortem peccatoris
 expectare: Ista procedunt ab admirabili cle-
 mentia dei. de qua Anselmus in suis medi-
 tationibus. O imensa domini nostri pietas, o ad-
 mirabilis et ineffabilis misericordia dei. quando
 tu me ad vitam reduxisti: quando ignorauit tu
 me docuisti: quando peccauit tu me castigasti:
 quando tristis fui tu me consolatus es. quando
 cecidi tu me erexisti: quando iui tu me conduxisti:
 quando dormiui tu me custodisti: quando eram
 in periculo tu me liberaisti. Narrat quod est
 quedam lapis preciosus mirabilis: que habet virtu-
 tem mirabilem: quod quando inspicitur attrahit
 per violentiam: tamen inspicentes in lapide de-
 lectant: idcirco videntes inest bestias que ca-
 pere nequeunt per violentiam: per virtutem istius
 lapidis attrahunt: etiam capiunt sicut voluit
 Adoratur misericordia dei: est tamen mirabilis et tante
 virtutis: quod attrahat ad salutem omnia genera
 peccatorum. Siquidem ipsa misericordia dei habet virtutes
 cordium ad bonum attractiuam: et a malo retra-
 ctiuam: quapropter venator. scilicet predicator ver-
 bi dei: ad conuertendum et capiendum bestias
 les peccatores: inchoat lapide vtriusque allegado quod
 dei misericordia dicitur maxime a parcendo. Virtute
 istius lapidis vtriusque esse attractus eximus dicitur
 cum dicebat. in psalmi lxxxv. Misericordia tua domine magna
 est super me etc. vnde Elyso. sic. Mirabi-
 lis dei misericordia: vt de persecutore primum faceret
 omnes doctorum: de publicano primum faceret
 euangelista scriptor: de latrone primum pas-
 radisi possessore. De hac mirabili misericordia in
 psalmi cx. Ad memoriam fecit mirabilia suorum miser-
 eris: quod pars que tangit aquam conuertitur in
 ferrum: et pars tangens terram conuertitur in la-
 pidem: et pars superior remanet lignum. et mul-

bilibus tuis. Daniel. iij. cap.

¶ Sexto miramur &c. Reuera multa ma-
la pctā apparēt in mūdo digna grādi ad-
miratione. Sicut recte i aīalib⁹ miramur
leonis feruitū: vulpis maliciā: draconis
fallaciā: Sic in moralib⁹ miramur hoīn-
um multoz crudelitātē: alioz fallacem sa-
gacitatē: alioz accensam cupiditatē.
Primo miramur alioz crudelitātē ma-
gnoz et potentū: qui figurant in illa q̄-
ra bestia: quā vidit daniel: q̄ erat mirabi-
lis atq; fortis: et dentes ferreos habebat
comedēs atq; cōminuens: et reliq; pedi-
bus conculcās. Dan. vii. Et pillā q̄ habe-
tur Apoc. xvij. Aīdi inq̄t brūs iohannes
mulierē ebriā de sanguine scōz: et de san-
guine martyū iesu. Et mirat⁹ sum cū vi-
derē illā admiratiōe magna. Et dixit mi-
hi angelus. Quare mirat⁹? Ego dicā tibi
faciū mulieris: et bestie que portat eam.
Tales prohdoloz sunt multi hodie in mū-
do marime potentes tyranī exatores
crudelēs: q̄ inebriant de sanguine cuz de
substātia pauperū egenoz: et dētib⁹ crude-
litas marime deuorant eos p̄ iniurias:
per tyranias: alienas diuitias p̄culcātes
et per violentiā occupātes. Istud est val-
de mirabile q̄ deus hoc valeat sustinere.
Legit Eccl. iij. q̄ salomon iter alia ma-
la que vidit sub sole: vidit vnū. Aīdi in-
quit calūnias egenoz q̄ sub celo gerunt:
et lachrymas innocentū: et nemine cōso-
latoz: nec posse resistere eoz violentie cum
eoz auxilio destitutos. Et laudauī magi-
mouos q̄ viuētēs. et felicitatē vtroz iu-
dicauī qui necdū nat⁹ est: nec vidit mala
que sub sole fiunt. et seq̄tur. v. c. Si vide-
ris calūnias egenoz: et violētā iudiciā: et
subuertī iusticiā in puincia: nō mireris
super hoc negocio: qz excelso excelsoz est
alius. Per calūniā pōt intelligi omē gra-
uamen illatā persone. et h̄ est vitū maluz
q̄ regnat modernis t̄pibus in hoc secu-
lo potissime in potētib⁹: q̄ bestijs mirabi-
lioz et crudelioz effecti sunt: paupes
crudelissime deuorātes. Isti figurant p̄
illos de q̄b⁹ Esch. xvij. P̄cipēs maris
in terra sedebāt: et attoniti sup̄ repētino
casu tuo admirabūt. Tales siqdē subito
cadūt. satis cito moriunt: et dānantur: et
mirant de dānatiōe tā subita. vn̄ salomō
Sap. v. Turbābunt timore horribili: et
mirābunt in subitātiōe in spate salutis.

¶ Septimo principaliter miramur &c.
Quapropter Esaias sui libri. c. lx. cuiuslib⁹
viro dirigit h̄bū qd̄ est tale. Tunc vides
bis et afflues: et mirabis: et dilatabis cor
tuū. vbi apparet q̄ illa visio. etiā fructio. i
q̄b⁹ consistit illa eterna beatitudo. de ea
loquit brūs Aug. li. soliloq̄oz di. Si es-
dñe mi p̄ hoc cor: pe ignobili et corruptis-
sili: tā magna bñficiā et inuērabilia ope-
raris i celo aere terra et mari luce et tene-
bris et imbre ventis et pluuijs volucrib⁹ et
piscib⁹ et bestijs et arborib⁹ et multitudine
ne herbarū et germinet terra: q̄lia q̄so: et
q̄ magna inuērabilia et que erūt illa bo-
na q̄ preparasti diligētibus te in illa ces-
lesti patria. vbi te videbimus facie ad fa-
cie. Si inq̄t tanta nob̄ factis in hoc carce-
re: qd̄ ages in scō palatio tuo glorioso.
Magna inq̄t et mirabilia sunt opera tua
dñe rex filioz: cū sint hec vana valde et de-
lectabilia que bonis pariter et malis cōia
tradidisti: qualia futura sunt illa q̄ solis
bonis recōdidisti. si tā magna: et varia bo-
na tua q̄ nūc amicis pariter et inimicis
tribuis: q̄ magna et inuērabilia q̄ dul-
cia et delectabilia sunt: q̄ solis tuis es lar-
gitur? amicis. Si tāta solatia in hac die
lachrymaz: quāta cōferes in die nuptiaz.
Si tanta delectabilia sunt: vtpote loc⁹ mira-
bilis: actus: fruct⁹. de loco ps. xlv. Transi-
bo in locū taberna. admira. &c. ergo dicas
mus beatis. Virtutes annūciatis eius q̄
de tenebris vos vocauit i admirabile lu-
men suum. f. Pet. ij. Lūis luminis nos
participes efficiat iesus xps. Amen.
¶ Dñica infra octa. natalis dñi. Ser. iij.



Stant ioseph et

maria mirātes sup̄ his. Lu-
ce. ij. et in euāg. &c. Alta et
mira sim Ber. fecit de⁹ i na-
tuitate xpi: et spāl̄ tria.

Primū q̄ deus homini sit vnitus.
Secundum q̄ n̄go existens virgo sit ma-
ter patris.
Tertū q̄ cor hoīs per fidē in his dñe
tit: q̄ virgo et mater pareret.
¶ Do est vnum mirabile fm̄ scripturam
Esai. vlti. Anteq̄ parturiret: peperit. an-
teq̄ veniret part⁹ ei⁹: peperit masculum.

Dñica infra octa. natiui. dñi.

Quis vnq̄ auditur tale: et q̄s vidit huic simile? In hoc est magnū miraculum fm̄ naturā. nam fm̄ q̄ dicit Bern. a seculo non est auditū: q̄ virgo esset que peperit. q̄ mater esset que n̄go permāsit. Et q̄ admiratio iducit q̄one: iō de isto tā mirabili mysterio: possum? a beata n̄gine per notā et modū interrogatōis tale questionē facere. O virgo virginū quō fiet istud: quia nec primā simile visa es: nec h̄re sequere. Gaudia m̄ris h̄is cum n̄ginitatis honorē. Et ipsa m̄r admirantib? sic responder. Filie hierlm̄ quid me admiramini? diuinū est mysteriū hoc. qd̄ cernitis. Ergo in ista admiratōe beata virgo non p̄mittit nos dubitare: sed i isto mysterio. scz q̄ ipsa est mater n̄go: per fidē et credētia cōfirmat. ipsam in principio sermonis debemus humiliter salutare dicendo. Ave ma. grā ple. cc. Erāt ioseph et maria cc. ¶ Donozabiles dñi naturale est: q̄ nouitas effect? soliti: cui? causa ignozaf: ducit i admirationē vidētē talē effectū. Rō est: quia cū effect? habeat cognosci p̄ sua p̄cipia et suas causas. in. s. posterioroz. Unū quozdā scire arbitramur cū causas ei? et p̄cipia cognoscim?. Sequitur igit q̄ si effectus insolit? videat: et causa vñ procedat ignozef. cum oēs hoies natura scire desiderāt. in p̄inci. metaphy. tunc incipit hō talis effectus causam q̄rere: vt de ea sciētia habeat: et admiratio tollat. Vinc est q̄ p̄bi multa ignozātes de reb? naturalibus: ceperunt admirari. et inq̄rentes causas talū rerū: philozophati sunt. Iō dic̄ aristotel. q̄ propter admirari ceperūt philozophari philozophi. Videmus etiā q̄ visitata et cōsueta sicut solis ortum: multiplicacionem segetū homines non sunt mirati. mirati sunt tamen homines de multiplicatōe panum: quia rarum et insolitum. sicut inq̄t Augu. in homel. de panibus. Ad p̄positū littere oia deducēdo i natiuitate iesu xpi fuerūt: nō solū vnū mirū: sed multa mirabilia: q̄ dabant testimoniū hūanitati xpi et diuinitati. et miranti marie: et virginitati: q̄ xps mox natus ploraret. vt ipse dic̄ Sap. vii. Primā voce similem oibus emisit plorans. Et ecclesia. Hagit infans inter arcta positus p̄sepia. Voc dabat testimoniū humanitati. Qz mox nato xpo: angeli denuncie-

runt: et gloria in excelsis deo cātauerūt. et pastores eū vt verū deū: et postea reges adorauerūt. Voc dabat testimoniū diuinitati. Qz vna inuencula mulier filiū suū pareret primogenitū. Voc dabat testimoniū miranti. q̄ non ex virili semine: sed mystico spiramine eū conciperet. hoc dabat testimoniū virginitati. Nam mirabilia nō habuerūt causaz naturalē: sed solū voluntatē operatiua diuinā. Nā fm̄ Augustinū in reb? mirabilib? tota ratio faciendi est potētia facientis. Idcirco beatissima n̄go maria tā sup̄ his magnis mysterijs ei? et sui filij admirās simul curtos seph: nō dubitando: sed firmiter credēdo cōfirmabat: oia n̄ba hec p̄ferēs in corde suo. Dicebat deo p̄ri cum dauid patre suo. ps. cxxij. Mirabilia testimonia tua: ideo scrutata est ea aīa mea. Et hoc est qd̄ dicit thema in p̄ncipio p̄positū. Erāt ioseph et maria cc. In quibus verbis tria possumus deuote contemplari. Primo personas magne reuerentie. Ioseph et maria.

Secūdo mysteria excedētia capacitatē humane intelligentie. mirātes.

Tertio opa admiranda superne potētie: super his.

Prima pars.

¶ Descēdēdo ad speciē:

interrogauerūt angeli ap̄los in die ascensionis. Act. s. Viri galilei qd̄ admiramini aspiciētes in celū. A sili nos mō interrogare possumus beatā n̄ginē. q̄ sunt ista i specie et nūero tāta mysteria. siue de suo filio nato: siue de ei? natiuitate et sua n̄ginitate: siue p̄cedant xpi natiuitatē siue sequant: de quibus ipsa virgo et ioseph admiratur. Et certe ipa nobis rōdet: q̄ ipa sunt octo numero diuina mysteria: quoz aliqua natiuitatē filij sui p̄cefferunt: et aliqua subsecuta fuerunt: de quibus ipsa et ioseph mirantur.

Primū est noua saluatio in audicione. Secundum est deuota visitatio cum prophetic datione.

Tertium est excellens priuilegium in conceptione.

Quartum est doloris carētia in parturitione.

Quintū est angeloz excellēs leticia in sui

becantatione.

tertium est magorum reuerentia in sui oblatione.

Septimum est pastorum diligentia in sui inquisitione.

Octauum est symeonis complacentia (seu cōtemplatio) in iesu conuercatione.

¶ Primum igitur mysterium: quod p̄cessit christi natiuitatem: de quo Ioseph et maria mirantur: fuit noua saluatio ꝛc. Istam saluationem proponit archangelus gabriel virgini di. Ave maria ꝛc. Quia nunquam in tota scriptura reperitur talis saluatio ideo ipsa cogitabar: qualis esset ista saluatio. Luce. j. Et sic cogitando in ista saluatione reperi duo. Primo quod nomen proprium matris eua: quod est nomen doloris per ipsam virginem mariam: mutatur in aue: quod significat gaudium. Nam istud nomen eua uersum et conuersum per suas litteras facit aue. Secundo quod per eam status innocentie perditus et destructus per aue reparatur. eua fuit nomen nostre matris in statu peccati: uirago in statu innocentie: sed de uirago ablata. a. s. ad a quo uenit peccatum: sine copatum remanet uirgo. et sic per uirginem status innocentie reparatur. An de tam mira et inaudita saluatione et dictis uede in laudey gloriose uirginis hec deducuntur. Ave. s. mente sine ue diceris. nam ue sine te das. Eua conuersa nosceris si. a. primo ponatur. Per eua. ue. datur miseris. nunc per aue mutatur. Dissipatur dolor primi uulneris per te uirgo serena.

¶ Dixi secundo quod miratur uirgo serena in mysterijs filij sui: de deuota uisitatione cum prophetie donatiōe. Nam ut habet Luce. j. statim postquam concepit christum: abiit in montana et salutauit Elizabeth. In qua quidem saluatione concurrunt simul due prophetie miraculose: et una alia mirabilior.

Prima quod elizabeth iam in spiritu prophetie uidit quod uirgo maria concepit christum dominum. Unde sibi dixit. unde hoc mihi ut ueniat mater domini mei ad me?

Secunda prophetia fuit pueri iohannis in utero elizabeth: qui christum in ventre matris existens: cognouit: et exultauit in eo. Secundum doctores usus rationis in iohan-

ne acceleratus fuit. unde dixit sibi signus elizabeth. Et facta est uox saluationis tue in auribus meis exultauit in gaudio infans in utero meo.

¶ Tertio miratur beata uirgo in mysterijs filij sui excellens privilegium in concipiendo. Unde quando et admiratione dixit angelo respondendo ad dictum eius Ecce concipies ꝛc. Angelus dixit. Et ipse ritus sanctus superueniet ꝛc. Ac si diceret hinc ecclesiam. Paries quidem filium: et uirginitatis non patieris detrimentum: efficiens grauidam: et eris mater semper intacta. Unde ipsa de hoc pie gaudio admirando ad congaudendum sibi inuitat omnes deuotos suos dicens. Congratulamini mihi omnes qui diligitis dominum: quia cum essem paruula: placui altissimo: et de meis uisceribus genui deum et hominem.

¶ Quarto admiratur beata uirgo in mysterio suo et filij sui quando habuit in partu omnis pene et doloris carentiam.

Iustum enim et dignum fuit hinc dei altissimi consilium et prudentiam: quod sicut habuit concepitum supra naturam: ita et partum. et quod sicut concepit sine labore: pareret sine dolore. Ideo ecclesia de beata uirgine dicit. Nesciens mater uirgo uirum peperit sine dolore ꝛc.

¶ Dico quinto quod admiratur beata uirgo in natiuitate filij sui de celesti et noua musica per angelos dulciter cantata quam dixerunt. Gloria in excel. deo ꝛc. et hec fuit pars dei: quod exuperat omnem sensum. ad philip. iij. que nunquam inuenta est in lege ueteri: sed cum desiderio per prophetas et per dauid petere dicitur. in ps. cxij. Fiat pax in uirtute tua. In lege ueteri dominus concessit trengam: quod prohibet manum: non autem animam. sed modo in lege gratie per beatam uirginem reperta est. Nam uirgo iesse floruit: uirgo deum et hominem genuit: pacem ꝛc.

¶ Dico sexto quod admiratur beata uirgo in natiuitate filij sui pastorum inquisitionem diligenter consummatam. Apparuit enim angelus nunciando eis natiuitatem christi: cum gaudio magno: et locum natiuitatis exprimes. in bethleem ciuitate dauid ꝛc. et etiam signa pueri ciuitatis applicando. Voc uobis signum. Inuenietis infantem pannis ꝛc.

Dñica infra octa. nati. dñi.

et sequit̃ q̃ pastores loquebant̃ adinuicē dicētes. *Zrāscam? rē. rē cū magna diligētia eūtes inuenerūt mariā r̃ ioseph r̃ puerū postea in p̃sepio. r̃ cognouerunt de uerbo: qđ dicitū ē ad illos. r̃ sequit̃. Et oēs q̃ audierūt mirati sunt. maria autē conseruabat oīa uerba hęc cōseruēs i corde suo rē.*

¶ Dico septimo q̃ miraf̃ uirgo maria i natiuitate filij sui regiā adorationē humili- ter exhibita: s̃ de hoc dicef in epiphania.

¶ Dico octauo q̃ brā uirgo miraf̃ symeonis cōtēplationē de puero: r̃ de hac dicef in die purificationis. Ecce inq̃t uobis octo magna r̃ mira mysteria: q̃ circa natiuitatē filij mei cōcurrūt: de q̃b̃ ego et uir meo ioseph admiramur. Et nos sibi r̃ suo filio de uote p̃gratulādo: reducam? sibi ad memoriā: q̃ ista sua admiratio fuit p̃dicta p̃ esa. i. c. lx. *Zūcyuidebis. s̃ i natiuitate filij tui: r̃ afflues: r̃ mirabif: r̃ dilatabif cor tuū. Et q̃ ista tā magna r̃ mira mysteria i habitu dine ad nos p̃cesserūt: et magna dei miā: uidetur q̃ impletū sit illud magnū dauid desiderū de xpo: q̃ in ps̃. xvj. aiebat. *Abi- rificā mias tuas: q̃ saluos facis sperātes in te. Ubi notādum q̃ mire sunt miē quo ad nos respiciēdo nostrā miserā. Dicitur em̃ respectu miserie miā: q̃ ybi nō est miseria: nō exercetur miā. vñ Senec. *Abiā a miseria nomē trahat. Dicit̃ em̃ miā: quasi miserorū chorda. Abiē ergo dei in habitu dine ad nos: tunc mirificāf cū nrā miseria releuatur. Grego. sup̃ Ezechie. *Tūc nobis de miā miē fut̃: cū nrā miseria ad me moriā reuocaf. nec em̃ dei miām itelligit qui suē miserie memor: non fuit. Sed o mi re sunt dei miē in habitudine ad seipsas: et hoc patet****

In xpi natiuitate.

In xpi passione.

In xpi ascensione.

¶ Primo mirificauit et manifestauit xps̃ miām suā in sua natiuitate. *Abirū est q̃ processit ex uirgine: sed mirabilius q̃ uoluit a pctōribus originē trahere. vñ dicit *Ehyf. q̃ hoc eius dignitatē (als̃ diuinitatē) nō sordidat: s̃ miām cōmēdat. Die re. v. *Stupor mirabilia facta sūt i terra.***

¶ Secdo mirificauit xps̃ miām suā in passione: q̃ nō solū iustus pro iniustis: sed r̃ dñs pro seruo pati uoluit. Grego. *O mira circa nos tue charitatis dilectio: ut seruū redimere; filiū tradidisti. Et Aug. *Inno**

*ens affligit: ut reos liberet. ut redimatur seruus: occidit filius. O maxima miā: q̃ cū minima gutta sanguinis p̃ redēptionē nō solū totius mūdi: sed infinitorū mūdoz r̃ suffecisset: totū sanguinē suū p̃ redimēdis pctōribus fudit: ut impleret illud ps̃. cxix. *Apud dñm miā: et copiosa apud eū redēprio. *Here copiosa (inq̃t Bernar. q̃) nō sanguinis gutta: sed ynda de eius corpore manauit.***

¶ Tertio mirificauit xps̃ miām suā i ascē- sione. qñ naturā humanā nō solū super ce- los: sed sup̃ angelos exaltauit. p̃pter qđ dicit psalmista ps̃. vij. *Dñe dñs nr̃: q̃ ad mirabile est nomen tuū in uniuersa terra? *Dñi eleuata est magnificentia tua sup̃ ce- los. Ecce q̃ super his r̃ multis alijs chri- sti miris erant maria et ioseph mirantes: Sed modo p̃ yltima r̃ finali concordanz̃ dirigit uobis uerbū qđ scribitur in ps̃. xcvij. *Latate dño canticū nouū: q̃ mirabilia fecit. Et notate i isto uersu ps̃. duo uer- ba. *Primū canticū nouū cantate ei. *Mo- do debemus canticū nouū cantare p̃pter nouū hoiem: p̃pter nouam matrē: p̃pter nouū modū nascēdi. *Propter nouū homi- nē: q̃ simul est de? r̃ hō. r̃ hoc est nouum. *Propter nouā matrē: q̃ simul est m̃ r̃ uir- go: r̃ hoc est nouū. *Propter nouū modū: q̃ i p̃mo instātū sue incarnationis fuit or- ganizatus: aiatas: oibus donis r̃ gratijs dotatus: et deificat. Et etiā q̃ nouo mo- do de muliere sine uiro generatus. vñ ps̃. xxxix. *Inmisit. s̃. xps̃ in os meum cāticum nouum: cāticum deo iacob.*********

¶ Secundo notate mirabilia que fecit **Primo** quia qui fecit omnia et nō se: modo fecit se.

Secundo qui fecit omnia et non se homi- nem: modo fecit se hominem.

Tertio qui fecit primo angelū r̃ homē: r̃ angelū super hominē: modo fecit homi- nem super angelum.

Tanto melior angelis effectus quāto dis- ferentius pre illis nomen hereditauit. ad Hebr̃. s̃. Pro cōcordantia yltima dicamus illud ps̃. lxxvj. *Magnus es tu: et faciens mirabilia: tu es deus solus. Bene igitur pro tot et tantis miserijs: que occurrerūt in chusti natiuitate: incipit thema dicēs. Erant ioseph et maria mirātes super his que dicebantur. Placeat deo rē.*

¶ In festo circūcisionis dñi. **Sermo. s̃.**



Apparuit beni-

gnitas et humanitas. ad
Zitā. iij. Notandū q̄ ante
natiuitatem iesu ch̄usti in
carne

Abundus erat desolatus: nec apparebat
consolator.

Abundus erat captiuatus: nec appare-
bat redemptor.

Abundus erat dānatus: nec apparebat
saluator.

Quāto rē. nēpe populus ābulabat in
tenebris. erat em̄ defect̄ gl̄ie gr̄e et leticie
Quāpropter p̄phete optabāt presentīā
cōsolatoris: qui in oī tribulatione mūdū
cōsolaret. Un̄ clamabat ex marino desi-
derio dō ps̄. lxxix. Qui regis israel intrēde
qui deducis velut onē ioseph: Qui sedes
sup cherubin manifestare corā effraim bē-
iamin et manasse. et Dieresi. sui li. c. xxxj.
Zonge dñs apparuit mihi. vñ optauit q̄
ten? appropinquaret. Abachuc. ij. Adhuc
visus p̄cul: et apparebit i fine: et nō mē-
tietur. Si morā fecerit: expecta illū: quia
vnicies veniet: et nō tardabit.

Quādo principaliter mūdus erat ca-
ptiuatus rē. Nā tyranus insidiator: dia-
bolus captiuus tenebat in carceribus in-
fernalis: nec redēptor sufficēs appebat.
Quāpropter sancti p̄res veter̄ testamēti
captiuati in limbo clamabāt. O adonay
et dur domus israel: qui moysi in igne flā-
me rubi apparuisti: veni ad liberādū nos.

Quāto rē principaliter rē. Quāpropter sc̄i
patres optabant: et optādo saluatorē cla-
mabāt. Veni ad liberādū nos. Veni et
noli tardare. Et paulus in suis epl̄is dice-
bat. Saluatorē expectam? dominū iesu
xpm̄. Philip. ij. Iḡit desolatis captiuas
tis atq̄ dānatis ad cōsolandum: ad redi-
mendū: et saluādū apparuit benignitas
et humanitas saluatoris. qd̄ fuit thema.
In q̄bus v̄bis apparet q̄ saluator: appa-
ruit nobis. benign? human? benign? in
statu. Human? in effectu. Quā saluator: ap-
paruit nobis benign? p̄s: q̄ olim dei pie-
tas latuit: nec benignitas apparuit: diui-
nitas nōnāq̄ mūdū odio habuit: s; nūc
humanitas simpliciter placuit: q̄n appa-
ruit benignitas et humanitas saluatoris.

B Abi ad p̄positū mouētur q̄tuor q̄dōnes.
Prima questio que sunt r̄tutes que appa-

ruerunt isto tēpore in nostro saluatore.
Sec̄da questio ad quē finē apparuit bn̄a-
nitas xpi incarnato redēptore.

Tertio questio quibus p̄ gratias apparet
xps in parato adiutore.

Quarta questio in qua forma apparebit
xps viator consummato labore.

Quāto ad p̄mū dubiū motum r̄de-
tur. qm̄ sumitur

Ch̄usti benignitas.

Ch̄usti charitas.

Ch̄usti humilitas.

Ch̄usti paupertas.

Quāto xpi benignitas sicut dicit̄ thema
apparuit benignitas nō ex opibus iustis-
cie: que fecim? nos: sed fm̄ m̄iam suā sal-
uos nos fecit. vbi thema. Benignitas est
larga m̄ia dei: que apparuit in xpi nati-
uitate. Cōtinue apparet in nobis: si p̄uer-
tamur ad ip̄m. ergo cōuertimini ad dñm
deū v̄m: q̄ benignus et misericors est pa-
tiens et multe m̄ie: et prestabilis sup mali-
cia. Jobel. ij. Vbi sunt quinq̄s que dei be-
nignitatē comitantur.

Pietas que valet ad deum inclinandū.

Albia que valet ad deū dulcorandū.

Patientia que valet ad nos expectandū.

Miseratio que valet ad nō dānandū.

Et prestabilis sup malicia ad indulgēdū.

De ista benignitate q̄ apparuit habet in
ps̄. lxxiij. Dñs dabit benignitatē: et ter-
ra n̄ra dabit fructū suum. Dabit inquam

benignitatē: que valet

Ad culpe remissionem.

Ad pene minorationē.

Ad penitētie contritiōnē.

Ad m̄ie largitionem.

Ad gratie infusionem.

Ad glorie acquisitionem.

Quāto talis benignitas valet rē. Fā al-
legatū est Jobel. ij. Benign? et misericors
est in remittēdo p̄ctā. Sec̄do valet rē. In b
benignus est ip̄s sapientie. Sap. i. Ter-
tio valet rē. Rom. ij. Ignoras qm̄ beni-
gnitas dei ad penitētia te adducit? Quar-
to valet rē. in ps̄. lxxvij. Exaudi me domi-
ne qm̄ benigna est m̄ia tua. Quito rē. in
ps̄. lxxij. Benedices corone anni benigni-
tatis tue: et cāpi tui reple. vber. Altio va-
let rē. q̄ dñs dabit benignitatē. i. glorie
adoptionē. et terra n̄ra dabit fructū suū.
Terra n̄go maris: in qua apparuerūt flo-
res iurta illud Canticoz. ij. Flores appa-

Imprimus habet benignitatem

merunt in terra nostra: vtpote
 Lilium castitatis: qm̄ virgo ⁊ mater.
 Viola hūilitatis: p̄p̄ hāc electa ē m̄ dei.
 Rosa charitatis: que attraxit deum de celo.
 Et sic appuit charitas. i. (lo ad terrā.
 gr̄a. ad Titū. ij. Apparuit gr̄a dei ⁊ salua
 rois n̄ri oibus hoībus. Abi notantur
 Primo benignitas: qz gratia.
 Secdo vtilitas. saluatoris.
 Tertio humilitas. dei nostri.

Ante apparuerat potētia sapientia iusti
 cia dei n̄ri: sed nondum gr̄a seu charitas
 dei: qz nondū venerat plenitudo rēpōis.
 In h̄ apparuit charitas dei in nob: qm̄
 filiū suū vnigenitū misit in mūdū: vt vi
 uam? per eū. j. Job. iij. J̄re apparuit xpi
 humilitas inquantū in sua natiuitate cle
 git humilē matrē mariā. humilem domū
 stabulū. humilē lectū p̄sep̄iū. Ver. Quā
 ris hodie gēmis et auro fulgent altaria:
 quātis vndiqz palys auri p̄br̄igja parte
 tes adoznāt? Puras ad hec diuertentur
 angeli: ⁊ p̄anosos hoīes declinabūt? Si
 ita est: cur pastouib? ouīū apparuerūt ma
 gis q̄ regibus aut tēpli sacerdotibus.

¶ Secda q̄stio ad quē finē apparuit ista
 benignitas ⁊c. Et nos redimeret ab oi
 inq̄tate: et emūdatet sibi pplm̄ acceptabi
 lē: s̄c̄tatorē bonoz operū. ad Titū. ij. Et
 nos redimeret. q̄ redēptio fuit hodie in
 choata: qm̄ precū n̄re redēptionis hodie
 cepit effundere: vt nos redimeret a misē
 rabili seruitute diabolū: q̄ tenebat captuz
 victū seruū. De ista redēptiōe Hieg. xiiij.
 lib. moralū. Et nos de captiuitate redi
 meret: inter nos scarnatū apparuit: suagz
 passiōe a p̄petua morte liberauit. Ab om̄i
 inq̄tate. gl. ab oi culpa originali ⁊ actua
 li. Et mūdare. ipse mūdus totū mūdare
 poterat: id apparuit. vñ Hieg. xj. lib. mo
 raliū. Xps in mūdū venit: et maria d̄giz
 ne p̄cessit. Solus q̄ carne sua de mūdus
 extitit: q̄ delectatione carnis inq̄ari nō
 potuit. Ad vnderet inq̄uā pplm̄ suū. scilz
 xpianū. ppl̄s acceptabilis deo redempt?
 et acq̄situs a deo. pplm̄ s̄c̄tatorē bonoz
 operū. Bona opera sunt opa bona facta
 in equitate et pietate et fidei firmitate di
 lectione ⁊ charitate.

¶ Tertia questio proposita quibus appa
 ret benignitas seu gr̄a dei: R̄s̄ndetur quia
 ista benignitas seu gratia dei
 Apparet peccatoribus eos reuocādo.
 Apparet penitentibus eos aduendo.

Apparet credentib? eos illustrando.
 Apparet sperantibus eos cōsolando.
 Apparet amātib? eos reuocando.
 Apparet humilib? eos exaltando.
 Apparet p̄ficiētibus eos cōfortando.
 ¶ Primo appet ⁊c. Isto modo apparuit
 saulo p̄secutori: ⁊ priorunc magno pctōri.
 Act. ix. Apparuit mihi dñs in via q̄ venie
 bā. Et illa apparitio fuit valde mirabilis
 benigna ⁊ gl̄iosa: vt merito dicat saulus.
 Rōge dñs apparuit mihi. Diere. xxxj. Rō
 ge supple in regiōe dissimilitudinis: sicut
 lōge erat augustinus an conuersionē.
 ¶ Secdo appet pctōib?: sicut apparuit
 Petro lachrymāri.

Magdalene penitenti.

Publicano pectus percutienti.

Siquidē in apparitionib? xpi post resur
 rectionē nō sine cā noīaf petr? ⁊ magda
 lena sicut p̄tinet in euangelio in signū q̄
 de? apparet penitentib?: qm̄ de p̄uertunt
 ad deū nō sicut. ¶ Tertio dixi q̄ appet be
 nignitas seu gr̄a dei credētib?: cui? fides
 p̄cessit in abraā: q̄ supra modū laudaf de
 magna fide: ⁊ magna credulitate iter ali
 os lctōs p̄es de antiq̄ testamēto: cui ap
 paruit de? vñ angel? in p̄sona dei multifa
 rie multisqz modis: sicut appuit qm̄ dixit
 sibi. Egredere de terra tua: ⁊ cognatione
 tua ⁊ de domo p̄ris tui. Gen. xij. Talibus
 bonā fidē habentib? apper de? iuxta illud
 Sap. j. Inueniunt ab his qui nō tērant illū
 lū: apparet ⁊ eis q̄ fidē habent in illum.

¶ Quarto p̄ncipalr ⁊c. Apparebit et nō
 mērietur. si moiam fecerit expecta illum.
 abachuc. ij. ergo bonū est sp̄are i dño. p̄
 Abi q̄nt in quē post deū est maxie sp̄atū
 vel dī esse sperandū: R̄s̄ndes in m̄e dei. si
 quidē appet ipsa sperātib? in se. q̄ in ipsa
 fides dī esse p̄nōda: vt qz est stella mariā
 ducēs ad portū salutis. vñ Bern. sup mis
 sus est. Si insurgūt venti tērationū respice
 stella: inuoca mariā. in periculis: i an
 gustijs: i reb? dubijs mariā inuoca: mariā
 cogita: nō recedat ab oie: nō recedat a cor
 de. vt ipetres ei? auxiliū. ipsaz sequēs nō
 deuitas: ipaz rogās nō despat: ipaz cogi
 tās nō erras: ipsa tenente nō corruis: ipa
 p̄tegēte nō meruis: ipsa duce nō fatigar?
 Apparet fili? et mater sperātib? ⁊ p̄si
 dentia habētibus. sicut p̄s de sc̄to symeo
 ne: q̄ erat expectās redēptiōes. cui appuit
 iesus xps v̄sibiliter corpāl? et sp̄ūaliter.
 ¶ Quinto appet amātib? p̄s de magda

lenate: cui dimissa sunt peccata multa: quod dilexit multum: et cui post resurrectionem primo apparuit Christus. Appet de beato Iohanne euangelium. cui in fine dierum suorum appuit Iesus Christus cum oibus apostolis inuitas ipsius ad conuulsum suum. Ioh. xiiii. Qui diligit me: diliget a patre meo: et ego diligam eum: et manifestabo ei in seipsum. hoc est per gratiam appeto ei. **Sexto** apparet humilibus: cuius fides precessit in abraam: cui in conualle mambre apparuerunt tres viri stantes iuxta eum. et abraam tres vidit et unum adorauit. Genes. xviij. Abraam residens in valle. est persona extensus in valle humilitatis. cui apparet tres viri pater et filius et spiritus sanctus per gratiam. Ite appuit scilicet trinitas in baptismo Christi. nam per prius audita est: spiritus sanctus visus est in spe colubae: et filius apparuit in cruce. in quo baptismo Christus tanta humilitatem ostendit. **Septimo** apparet perfectis: sicut apparuit abraae ut iam dictum est: et apparuit in rubo moysi. Exodi. iij. Apparuit etiam ysaac et iacob: sicut patet in multis locis sacre scripture. Apparuit etiam apostolis spiritus sanctus in linguis igneis. Act. ij. **Quarta** quod etc. Vnde rident quod oibus apparet in forma hominis. verum quod aliter apparet bonis: aliter malis: aliter iustis: aliter peccatoribus. Nam iustis apparet gratiosus et amabilis: sed peccatoribus apparet terribilis. ut dicamur de natiuitate illud Sapi. vj. **Horrende** et cito apparet vobis: quam iudicium durissimum in his quod presunt fiet. eriguo enim concedit misericordiam: potentes autem potenter tormentata pariter. quasi dicat salomo in his verbis. vos qui crudeles horribiles fuistis pauperibus simplicibus et humilibus: vos iniqui superati multitudine famulorum. **Ditati** pecuniis et abundantia mundanorum. **Onerati** sceleribus et multitudine peccatorum. **Vos tyranii** populi opprессores: vos mali iudices et iniusti: vos diuites imitricordes: quid facietis in generali iudicio dei: quam iudex horrende et cito apparet vobis. **Hoc est** dictu apparet timorose quod horrende. **Repente** quia cito. **Euidenter** quia apparet. **Modo** iudex iustus et patiens est deus abscondit: sed tunc manifeste apparet: et malis apparet cum potestate ostendit: cum timorose incussio: cum pena et iusta punitio. **Quia** propter dies illa quoad malos vocabitur dies tribulationis: dies tres: dies amaroy

de: dies calamitatis et miserie. Iohel. ij. Durissimum iudicium his quod presunt fiet. vns Durum quod male intraverunt. (de pidentes; Durus quod male reuerunt.

Durissimum quod male vixerunt. Interrogabunt quod intrastis. quomodo rextis. quomodo iustis. fortis et patiens sicut horredus malis loquitur in ps. xvj. Ego in iusticia appeto. i. cum rigore et magne iusticie. Ergo ne coram tanto iudice appeamus vacui: ornemus nos: impleamur nos operibus bonis: ut cum Christus: vel benignitas Christi nobis apparuerit per gratiam: appareamus nos cum ipso in gloria. Ad qua nos pducatur. **In** festo circucisionis dñi. Sermo. iij.



Ec loquere et ex

hortare. ad Titum. ij. et i epistola hodi. Aplos paulus inquit mansuetos: seu potius inducens ut in sacra hac solennitate colloquens et predicacionibus diuinis intendam: dicit verba thematis presumpti. sex hec loquere et exhortare. Et quoniam sancti qui sunt illa qui predicare debent: seu dicere in hoc festo. Et rident quod multa essent dicenda sed causa breuitatis reducimur hodie ad tria videlicet quod hodie loquendum seu exhortandum est. **De** infante nouo suas tribulationes. **De** sacro euangelio suas expositiones. **De** corde nostro suas informationes.

Prima pars.

Pro euidencia primi

nota quod peccata nostra insurrexerunt de filiis. i. persecuta sunt cum usque ad mortem et non suam quod ipse peccatum non fecit: nec inuenit est dolus ore eius. s. psal. ij. Sed peccata nostra ipse protulit super lignum. i. iud. et Esa. liij. Proposui scelus populi mei percussit eum. **Modo** ponit Bern. i. quod dicit sermone. di. quod misericordia et iusticia altercat bank coram patre super homines redemptio. **Misericordia** supplicabat quod fieret par: quia aduocabat spiritus sanctus: cuius fructus dei: misericordia et pax. ad Gala. v. **Iusticia** et rigor: quod non allegaret veritate: quia aduocabat dei filius: quod dei veritas Ioh. xiiii. **Dat** per suam misericordiam et pacem. et condonat aduocatum rigorem misericordiam erigatur. **Genere** videlicet.

Quod incarceretur.

Quod verberetur.

Quod vituperetur.

Quod agonizetur.

Quod vulneretur. et demum quod moriatur.

In circuncisione dñi.

Quigatus fuit statim nouis neruis et ve-
nis in sacco nostre humanitatis: qñ eidē
personaliter se iunuit. **Q**uincarceratus fuit
qñ nouē mēlibus in matris vtero se inclu-
sit. **Q**uertio fuit verberatus qñ natus fuit:
percutus fame frigore et paupertate: et ho-
ra passionis duris afflictus chordulis seu
flagellis. **Q**uartovituperatus qñ predi-
cabat per mundū: et hora passionis qñ si-
bi dicebat, vab: qui destruis tēplum dei.
Mat. xxyf. **Q**uinto agonizatus multis
modis: fame: siti: calore: frigore: lassitudi-
ne itineris. **Q**exto vulneratus sunt iam
hodie in sua sacratissima circuncisione: et
in morte: et post mortē in lateris fitione.
Qseptimo nostris oneratus pctis mor-
tuus est per acerbissimā passionē. Et p oi-
bus his ipe dicebat per prophetā pri ps.
lxxxvij. Omnes fluctus tuos. i. dolores et
tribulationes: induxisti sup me. Et tamen
hic duo nota supra premissa et patris rigo-
rem et filij dolorem. **P**rimū. s. patris rigor
pater: q: filius de sua morte nūq̄ potuit
miam inuenire cū eo: licet ad hoc multa fe-
cerit parlamēta. **P**rimo existēs in carcere
ventris matris: cōmouit iohannē in vte-
ro materno vt eum inuauerit. **J**ohānes nū-
ciauit eū per mundū tantum quantū po-
tuit allegando eius innocentiam di. Ecce
agnus dei. eius dignitatē. non sum dignus
soluere castro corrigia tē. Sed ab agētibus pec-
cata captus est iohānes: et per herodē de-
capitatus est tē. **S**ecūdo postq̄ exiuit de
vtero materno per natiuitatē: incepit fle-
re: et nullum cōmouit ad pietatē: nisi sola
viscera materna: que sibi intime cōpartie-
bantur. **T**ertio hodie amarissime plorans
per vulnus acerrimū effudit suum sangui-
nem: sed nec p hoc liberationē mortis ob-
tinuit: imo post paucos dies oportuit eū
fugere. nam herodes querebat eum calli-
distime ad perdēdum. **Q**uarto misit stellā
in orientem: et venerunt tres reges: et di-
xerunt. **V**ostes sunt forissimū: non posse-
mus te inuare: dabimus tibi in auxilium
modicū de auro: de myrrha pariter: et de
thure. **Q**uinto in die purificationis recur-
rit ad brachiū ecclesiasticū: et portauit en-
cerium: sed vidētes presbyteri q̄ pauper
erat: eum protinus abiecerūt. **S**exto ipse
cū sudore sanguineo recurrit ad patrē di-
cens. **P**ater si possibile est tē. et nō potuit
impetrare. **S**eptimo voluit terrere pecca-

torē per tenebras et obscuratiōē solis: et
alia signa: ne clamaret cōtra eū: nec sic im-
pediuit: sed cū clamore valido expirauit.
Pater etiā patris rigor. q: filiū condēna-
uit in expensis. nam copus dimisit in cru-
ce: et sanguinē fulum in terra: et pro eo qz
carni et sanguini fuerat rigorosus: soluit
officiales peccatorum. s. hoies et induxit
eos in regnū. **H**abuit ditare carnem: quā
sic horebat per dotes et resurrectiōes. **E**l-
timo aut citatus habuit cōparere in ascē-
sione: vt vultui patris appareret in celo
pro peccatoribz quos antea sic horebat:
sicut dicit paulus ad **V**ebre. ir. **I**deo dice-
bat ppheta ps. lxxvij. in persona xpi. **O**p-
probria exprobrantiū tibi ceciderūt super
me. et in eodē ps. que nō rapui tūc exolue-
bam. **S**ed vide scōo filij dolorem terris-
bilē: quia per ea per que allegauit rigore:
per ea passus est iuxta regulā iuris. **O**m-
nis res per quasq̄q̄ causas nascitur: per
easdem dissoluitur. et sunt verba **L**hyso-
et de regu. iur. c. f. **V**oc est qd verbum dei
pro iusticia et rigore aduocans coam pa-
tre allegauit sex motiua: per que demon-
strabat qz rigor iusticie debebat transire
per hoiem: q offenderat ipm deū: qui est

Eternalis.

Impassibilis.

Sapiens.

Innominabilis.

Inuestigabilis.

Incarnalis.

Ideo dicit pater: q: allegasti eternitatem

tu eris tēpotalis. **P**tz qz adhuc hodie nō

erat nisi octo dierū: ideo dicit euangeliū.

Postq̄ cōsummati sunt dies octo. **S**ecūdo

q: allegasti te impassibilē: iō eris passibilis

tu eris circūcidaris. **T**ertio q: allegasti te

sapientē. ideo habebis formā ignorantis

qz pueri. ideo dicit. puer. **Q**uia allegasti te

quarto innominabilē: iō eris notabilis. qz

dicis in ter. vocatū est nomen eius iesus.

Quia allegasti te quinto inuestigabilem:

ideo angeli sciēt facta et secreta tua. sequi-
tur. qd vocatū est ab angelo. **Q**uia allegas-
ti te incarnalē: ideo tu carni cōiūgeris:

ideo dicit. priusq̄ in vtero cōciperēs. **D**icas

quō in deo arguit apparēter tēpotalitas

cōceptum. passibilitas dolore. puerticia

ignōratiā. nominabilitas limitationē. vt

qz deus sit caro: et p pñs mortalis. **A**ppa-
renter videntur terribilia: iō dicebat apłs

ad Philip. ij. Erinaniuit semetipsum for-
mam ferui accipiens. maxime habendo se-
cum anneras tot tribulationes pariter et
dolosos. Et sic patet primum principale.

Secunda pars.

B **¶** Secundum principa-

le q̄ debemus loq̄ et exhortari de sc̄to euan-
gelio suas expositiones. Pro cuius euide-
tia duo sunt breuiter exponenda. quorum
Primum est de xpi dolorosa circuncisione.
Secūm est videre de sui nois impositione.
Pro euidentia primi est notandum quid est
circuncisio. et dicitur q̄ est quedam scissio
rotūda facta in pellicula membri genera-
tionis. ¶ Secūdo nota quare fiebat vt dicit
magister sen. iij. dist. ii.

Primo fiebat in remissionem peccati ori-
ginalia sicut modo baptismum.

Secundo ad distinguendū populum ele-
ctum: a quo xps erat nasciturus.

Tertio ppter figurā: q̄ in asperione san-
guinis erat fiēda plena remissio pctōy.
Fiebat cū instrumēto lapideo: q̄ per lapi-
dē xpm erat fiēda tā pene q̄ culpe abscis-
sio. In carne preputi: q̄ ibi dñatur cōcu-
piscētia carnis: ex qua trahimus a parētri
bus originalia. Octauo die: q̄ ante erat pe-
riculū nimia. Puer em̄ est tenellus: et post
expectare esset periculum ppter mortem.

Sed quare xps voluit accipere postq̄ nō
habebat originale pctm̄? Dicit sancti q̄
propter ista octo. Primo vt legē approba-
ret. ad Roma. xv. et Mat. v. Non veni sol-
uere legem: sed adimplere. Secūdo ne iudei
se excularēt dicētes. Nō illi credimus: q̄
non est nobis similis in hoc signo. Tertio
vt se ostenderet verā carnē habere contra
manicheū: q̄ dixit xpm habere corp̄ p̄phat-
asticū. et apollinariū dicentē xpi corpus
esse de substantia dei. et valentinū qui dixit
ipm̄ xpi corpus celeste esse: nō impassibile.
Quarto vt daret exēplū alijs viuendi vni
fomiter. nō em̄ esse voluit singularis. In
quo facto cōfundit superbia diuitū: q̄ nō
lūt cum pauperibus cōuersari. Eccli. xij.

Sicut abominatio est supbo humilitas:
sic et execratio diuitis pauper. Item con-
funditur superstitiosa sanctitās multorū:
qui volunt plus videri q̄ alij dicentes il-
lud Luce. xxij. Nō sum: sicut ceteri hoim̄.
Itē arrogantia quorūdam simulare iusto-
rum: qui nolūt habitare cū peccatoribus

dicentes illud Esa. lxx. Nō appropinques
mihi: q̄ imminūs es. Et tales mirabanf
de xpo q̄ ad hoim̄ peccatorē dirigeret.

Luce. ix. Quinto vt informaret penitētes
vt abscondant a se vitia maxime tēpore iu-
uentutis. ideo dī. Infans octo dieb̄ circū-
cidetur in vobis. Sen. xvij. ideo viere
iij. Circūcidimini dño: et auferet prepu-
tia cordium vestrorū viri iuda et habitatores
res hierusalē. Sexto in exēplū humilita-
tis. sumpsit em̄ medicinā: licet moribū non
haberet. In quo facto xps arguit infirmos
qui medicinā gratie verbi dei: et sacramē-
torū abijciunt et contēnūt. de quibus apo-
stolus ad Heb. ij. Quomodo nos effugie-
mus si tantam neglexerimus salutem? et
Prouerb. xvij. Non recipit stultus verba
prudētie: nisi ea dixeris quē versantur in
corde eius. Itē instruit sanos vt hanc me-
dicinam verbi dei et sacramentorū frequen-
ter suscipiant ad sanitatem conferuandā.

Eccli. xxvij. Altissim̄ de terra creauit me-
dicinam: et vir prudens nō abhorrebit il-
lam. Item detestatur hypocritas: qui de-
risorie suscipiunt medicinam: dum per eas
interius non sanantur. Significantur ta-
les per sichen filium emor: qui se circūci-
dit propter dinā filiam iacob. Sen. xxiiij.
Sic isti propter vtilitatem aut gloriā tem-
poralē. Septimo vt daret arram sangui-
nis pro precio redēptionis. Ero. xij. Erit
vobis sanguis agni in signū. s. future em-
ptionis. S; in die mortis sue effudit sac-
cum abunde dū nihil retinuit de suo san-
guine: sed obtulit deo patri rotū. vide. j.
Pef. j. Nō corruptibilibus auro vel argē-
to redempti estis de vana vestra conuer-
satione: s; precioso sanguine quasi igni im-
maculati christi et incōtaminati tē. Octa-
uo in signum future resurrectionis seu cir-
cūcisionis fiēde per penam christum: quā-
do auferet ab electis omnem penalitatē.
que circūcisio significatur per illam: que
facta est in galgala. Josue. v. Galgala si-
gnificat seu interpretat̄ reuelatio: q̄ tunc
fiet ista circūcisio reuelata facie dei.

¶ Secundo est vidēda sui nominis im-
positio: quia dicitur in euāgelio q̄ vocatum
est nomen eius iesus. de quo nomine Act.
iij. Non est aliud nomen sub celo datum
hominib; in quo oporteat nos saluos fie-
ri. Causa est: q̄ in hoc nomine per quinq; litteras exprimuntur quinq; excellētie in

circūci-
sio

ypocrite

fig^a

hodie dedit a
sanguinis job
col. 7.

E

quare cum lapidē circūcidantur. fo. 65. col. 3.

apollinaris

valentinus

eo contente: rōne quarū ipse pōt esse ⁊ est
precipua salus nra. ⁊ sunt iste. i. e. s. u. s.
Per ly. i. intelligitur q̄ ipse est iuder gene
ralis.

Per ly. e. q̄ ipse est nri edificij lapis fun
damentalis.

Per primū. s. salus et vita eternalis.

Per ly. u. q̄ ipse est mortis nostre victor
triumphalis.

Per vltimū. s. sacerdos ⁊ ep̄s capitalis.

¶ Primum patet Act. x. Ipse constitutus
est a patre iuder viuozum et mortuozum.
quod s̄m magistrū est sibi concessum me
rito sue sacratissime passionis. et hoc po
test nobis multum proficere non nocere.

¶ Secundum patet ad Ep̄he. s. vbi dici
tur. Ipsum dedit caput supra omnē eccle
siam. et Colob. s. Ipse est caput corporis
ecclesie. Ideo nos dicimur corpus ei⁹. ad
Ep̄he. ij. Ip̄o summo lapide angulari xpo
iesu: in quo omnis edificatio ⁊c. Logita a
tali capite quanta bona possunt deriuari
in membra: et quāta continue deriuatur.

¶ Tertium ostēdit ipsemet Job. x. dicēs.
Ego sum ostium. per me si quis introierit
saluabit. ⁊ ingrediet ⁊ egrediet et pascua
inueniet. s. ingrediedo in mea diuinitate:
et egrediendo in uita humanitate.

¶ De quarto cantamus in ecclesia. Tu de
uicto mortis aculeo: aperuisti ⁊c. Nā Jo
hā. ij. Princeps huius mundi eniciet fo
ras. et ad Colob. ij. Delēs quod aduersus
nos erat chirographū decreti qd̄ erat con
trarium nobis. et Ep̄he. s. In quo habe
mus redemptionem per sanguinem eius.
ideo dicitur redemptor.

¶ Quintū patet in ps̄. cix. Tu es sacerdos
in eternū. ideo dicitur mediator dei et ho
minum. ad Ep̄he. ij. Ipse est pax nostra:
qui fecit utraq̄ vnum. s. Johā. ij. Aduoca
tum habemus apud patrem iesum xp̄m.
Primum istorum erit in fine mundi.

Secundum continue seruit nobis.

Tertium in patria est in electis.

Quartum fuit in terris et in inferis.

Quintum in superis ⁊ etiam seruit nobis
in ista vita et peregrinatione. Et sic pas
tet secundum principale.

Tertia pars.

¶ Tertio principaliter
est videndū de nostro corde suas informa
tiones. Unde nota q̄ in hoc nomine iesu

et virtute eius impressa est gratia: qua in
formamur: quia ab eo recipimus gratiam
in celo: et in terra: etiā in inferno. ideo ad
Philip. ij. dicit apls. In noie iesu omne ge
nu flectatur ⁊c. Et est ratio: quia
In inferno ostendit suam potestatem.
In terra suam charitatem.

In celo suam dignitatem.

Sed probdolor: quia hodie arioli ⁊ magi
ci contemnunt suam potestatem.

Blasphemi suam charitatem.

Periuri suam dignitatem.

¶ De primo Leuit. xx. Aia que declinaues
rit ad magos et ariolos: et fornicata fue
rit cum eis: ponam faciem meā contra eā:
et interficiam illam de medio populi mei.

Sed econtra dicitur de confidentibus in
hoc noie iesu. ps̄. xxxix. Beatus vir cuius
est nomen dñi spes ei⁹: ⁊ nō respexit in va
nitates ⁊c. Contra scdm̄ Leuitici. xliij.

Qui blasphemauerit nomen domini: mor
te moriatur. Et merito q̄ si per legē est reus
mortis maledicēs patri carnaliter matri:
a fortiori maledicēs patri principali ⁊ eri
mo benefactori. Talis pmo est deo ingra
tus: q̄ deū vituperat per membrū lingue:

in quo deus eū pie alius aialibus honora
uit. Scdo offendit q̄ ipse ad demones et
infernū sit deputatus. nam idioma loqui
tur infernale. Contra tertū sunt periuri
qui non ponderant iuramentū per x̄m
sū factū omittere quod est nefas. Deute.
v. Non usurpabis nomen dñi dei tui frus
tra. quia talis adducit deū in testimoniū
falsitatis. et Eccli. xliij. Vir multū iurans
replebitur iniquitate: et nō discedet a do
mo illius' plaga. Ideo psalmista querens
ait ps̄. xliij. Dne quis habitabit in taber
naculo tuo ⁊c. Inter cetera respōsum est.

Qui iurat primo suo: et nō decipit. Ideo
per oppositū qui iurando decipit: non in
trahit. Non igitur iuretis: sed magis stu
deatis in continuis gratiarū actionib⁹: ⁊
dñs dabit nobis hic suam gratiā: et post
ea gloriā sempiternā. Quam nobis con
cedere dignetur. Deo gratias.

¶ In circuncisione dñi. Sermo. iij.

¶ In circuncisione dñi. Sermo. iij.

¶ In circuncisione dñi. Sermo. iij.



¶ **I**n circuncisione dñi. Sermo. iij.
Iesus. Luc. in. c. ij. ⁊ in euan
gelio solēnitatis presentis
scribit verbū istud. Thema
assumptum cuiusdā questioni.

est responsum: que apud salomonem videtur esse magne difficultatis. vii. Prouer. xxx. ipse sic querit. Quis ascendit in celum atque descendit? Quis continuit spiritum in manibus suis? Quis colligauit aquas quasi in vestimento? Quis suscitauit omnes terminos terre? quod est nomen eius. et quod nomen filij eius si noster? Ad ista questionem per verba incepta respondet Lucas di. quod ipse cognoscit nomen filij eius: nam est nomen eius iesus: quod fuit thema. Et quia istud thema est pars tertia euangelij presentis festi: quod licet sit modicum in scriptura: tamen est magnum in sententia: id in presenti sermone decreui tres partes euangelij declarare: et in tribus totum sermonem fundare. Tertius euangelij dicit sic. Postquam consummati sunt dies octo etc. Ubi nobis inuenerunt tres propositiones: siue questiones esse veras.

Prima est de quodam remedio contra originalem maculam depurato: quia ut circumcideretur puer.

Secunda est de quodam tempore ad hoc specialiter assignato: quia postquam consummati sunt dies octo.

Tertia est de quodam titulo ab omni genere generaliter honorato: quia nomen eius iesus.

¶ Dico igitur primo quod prima pars presentis euangelij loquitur etc. Reuerendissimi domini sententia est doctorum quod propter peccatum primi hominis nullus potest concipi nec nasci sine lege eodem sine peccato: quod quidem dicitur originale. Ubi secundum apostolum. i. Cor. xv. Omnes in adam moriuntur. et gloria super illo verbo. Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum. ad propositum sic dicit. In omnibus trahis iniquitas ex adam et vinculum mortis. nemo enim nascitur nisi trahens penam: et meritum peccati: nisi tu solus qui de spiritu sancto conceptus es. hec ibi. Videns igitur deus quod de lege communi omnes concipiebantur et nasciebantur in peccato: sua pietate et misericordia contra istud peccatum de salutifero remedio nobis prouidit. inter que principaliora fuerunt sacramentum circumcisionis in lege veteri: et sacramentum baptismi in lege noua. unde secundum doctores theologos super. iij. sen. Circumcisio conferebat gratiam: et tollebat peccatum originale in lege veteri: sicut baptismus in lege noua: sed non ita perfecte nec plene. nam baptismus tollit culpam et confert gratiam tam in masculis: quam in

feminis: circumcisio autem solum in masculis. Circumcisio licet liget et reprimat fomitem: tamen multo plus baptismus. Insuper per ianuam regni celestis aperit: circumcisio non. Sed in hoc conueniunt quia sicut baptismus tollit peccatum originale: sic et circumcisio. Unde venerabilis Beda ad istud propositum ita ait. Illud enim salutariferum curationis auxilium: circumcisio in lege contra originalis peccati vultus agebat: quod nunc baptismus agere reuelate gratie tempore consuevit: excepto quod regni celestis ianuam nondum intrare poterat: tamen in sinu abrahe post mortem beata requie consolati: superne pacis ingressum spe feliciter expectabat. hec ille. Si forte dixeris quod secundum hoc christus non debuit circumcidi. pariter: quod ipse in originali conceptus non fuit. certe verum est de debito necessitatis: sed solum debuit debito congruenter. Secundum enim doctores voluit circumcidi propter multas causas: que habentur in historia. sed est vna et specialis. quod ipse voluit circumcidi corporaliter: ut nos doceret circumcidi spiritualiter. Nam secundum quod dicitur sancti christi circumcisio carnalis: nostram circumcisioem spirituales figurat. Philipp. c. iij. Nos enim sumus circumcisio: qui spiritu seruiamus deo: et gloriamur in christo iesu et non in carne fiduciam habentes. Sicut enim christus fuit circumcisus in corde: quod nunquam malum cogitauit. in lingua quod nunquam malum protulit. in manibus: quia nunquam mala operatus fuit. et sic de alijs sensibus: ita nos docemur per eum circumcidi. Corde ab omni mala cogitatione. Vbiere. iij. Circumcidiimini domino: et auferete praeputia cordium vestrorum. Lingua a falsa locutione: quia male loquens potest dicere cum moyses Exodi. vi. En in circumcisus labijs sumus. Aure a vana auditione. nam tales reprobantur. Act. viij. Dura ceterum et incircumcisi cordibus et auribus. et sic de alijs sensibus. Ita quod christi circumcisio materialis: in nobis docet facere circumcisioem spirituales: et sic pars prima pars euangelij aliquoties declarata: quod tractabat de quodam remedio etc. quod ut circumcideret puer. ¶ Sed secunda questio quam continet secunda pars euangelij est de quodam tempore ad hoc assignato etc. quod postquam consummati sunt dies octo. Reuerendi domini lxx in lege antiqua de prouiderit de remedio contra peccatum origi-

fo. 60. col. 4

fo. 60. col. 3

fo. 60. col. 4
fo. 69. col. 4

bona introductio aplyra. fo. 69. col. 4.

b ij

B

61. col. 2.

ginale: tamen ad hoc remediū suscipien-
dū tēpus certum assignauit. Unde quan-
do preceptum de circūcissione abrae dedit
istud tēpus sibi assignauit dicens. Infans
octo dierū circūciderur in uobis. **Beneh.**
xvii. Ratio literalis est s̄m rabinoylen.
nam ante octauū dies puer erat ita tener
sicut in ventre matris: et si ante circūcī-
detur: esset piculū de vita. Sed sic illis q̄
circūcīduntur materialiter assignat tem-
pus certum, s. octo dierū: sic a simili spi-
ritualiter istud figurat et significat: q̄ s̄uo
lum? perfecte circūcīdi spiritualiter: opz
q̄ in nobis perficiantur et consummant
octo dies, i. octo virtutes per octo dies
designate. Si em̄ circūcīdi volumus spi-
ritualiter: opz q̄ habemus in nobis
Primo virtutē cognitionis diuinalis, et
sic in nobis habemus diem dñicam: que
a ph̄is dicitur dies solis: in quo claritas
cognitionis designatur.
Secundo virtutem m̄se visceralis. et sic
habemus diē lune. luna em̄ humida est: i
quo m̄ia designatur.
Tertio virtutē humilis patientie, et sic ha-
bemus in nobis diē martis. mars em̄ d̄r
deus bellox: in quo patientia signat. qz
cū omnibus vincit.
Quarto virtutē p̄fecte obediētie, et sic ha-
bemus diē mercurij. mercurij ē planeta: q̄ q̄b?
iungit conformat: sic et obediētia.
Quinto virtutē charitatis amorose: et sic
habemus diē iouis. Juppiter em̄ est pla-
neta q̄ suos et nō suos iunat. sic charitas
nam amicos et inimicos.
Sexto virtutē clementie, et sic habemus
diem veneris. Venus est planeta femi-
neus: in quo clementia: q̄ in sexu illo ab̄i-
dar: signatur.
Septimo virtutem elemosyne gratiose.
et sic habemus diē sabbati. Saturnus em̄
dicitur a saturando: in quo elemosyna que
sariat sp̄ualiter et tēporaliter: significat.
Octaua dies nō noīaf. per hoc innuitur
q̄ debes habere illā virtutē: que non no-
minat nec querit nominationem. neqz
glouationē propriā. et ista est virtus hūi-
litas. Et si istos octo dies, i. octo istas
virtutes tu habes in te perfectas et con-
summatas: tu eris sp̄ritualiter circūci-
sus. vt iam secunda q̄stio: quā continet se-
cūda pars euāgelij: pateat aliquāliter de-
clarata: que tractabat de quodam tpe ꝛc.

quia postq̄ consummati sunt dies octo.
**¶ Sed dixi tertio q̄ tertia questio: quaz
continet tertia pars euāgelij: et thema
nr̄i sermonis: importat quendā titulū ꝛc.
quia dicit. Vocatū est nomē ꝛc. Recte in
hoc q̄ in hac die circūcissionis habuerit
nomen quo vocaret: cōformauit se abraā
cui datum fuit preceptum circūcissionis.
nā in eadē die abraam fuit circūcīsus: et
nomen sibi de nouo impositum. vnde di-
xit sibi dñs. Nequāq̄ vltra vocabitur no-
men tuū abraam: sed abraā erit nomē tuū
Sic a simili xps in eadem die circūcīsus.
et nomen fuit sibi impositū. Nam est nos
men eius iesus qd̄ fuit thema. Tractans
do igitur de isto nomine: duas cōclusio-
nes intēdo declarare: et sic sermonē ter-
minare.**

Prima cōclusio est q̄ hoc nomen iesus est
valde mirabile ac p̄uide a nobis vene-
randū. qz est nomen eius.
Secūda cōclusio est q̄ hoc ip̄m nomen h̄z
mirabile potestātē ad saluandū in peri-
culis. qz est iesus.

¶ Dico igitur in prima

cōclusiōe: q̄ b̄ nomē iesus / ē mirabile ꝛc.
Secūda em̄ q̄ p̄t̄ elia ex dictis doctorū
rei mirabili/honorabili/et excellentissime
proprietas/tale nomen debet imponi:
qualis ipsa est. sed ista res erat ch̄stus
non solū inquantū deus: imo inquantū
homo: ergo nō mirū si nomen eius ē mi-
rabile. et merito honorabile ratione sue
excellētissime dignitatis. An̄ venerabilis
Origenes declarans vltimā particu-
lam hodierni euāgelij. Quod vocatum
est ab angelo priusq̄ in vtero conciperetur.
innuens dignitatem istius nominis
dicit sic. Nomen autē glouosum omniqz
cultu dignissimū: nomen quod est super
omne nomen: non deuit primum ab ho-
minibus appellari: nec ab eis afferri in
mundū. Unde designanter dicit euāge-
lista: q̄ vocatum est ab angelo priusq̄ in
vtero conciperetur. Decille. De mirabili
excellētia et dignitate istius nominis lo-
quens psalmista dicit sic. ps̄. viij. Domi-
ne dñs noster q̄ admirabile est nomē tuū
in vniuersa terra: Unde est hic aduertē-
dū q̄ xps non solū habet vnū nomē: imo
multa noīa. Nā quia noīa imponunt s̄m
pprietates rerū: vt habet a philosopho

fo. 63.

in. liij. Metaphy. cū rps fm vtrāq; natu-
 rā diuerfas & mirabiles habeat pprieta-
 res & conditiones: fm vtrāq; naturā ha-
 bet noiā valde mirabilia. In natura enim
 diuina habet istā proprietatem q̄ pcedit
 a patre: sicut cogitatio perfecta ab intelle-
 ctu. et sic notatur verbum. Vocabitur no-
 mē eius verbum dei. Apoca. xij. Item ha-
 bet aliā q̄ est cōnatura patri. et sic no-
 minatur filius. Habet aliā q̄ est coeter-
 nus patri. et sic nominat splendor: qui est
 coeuius lumini. Habet aliā q̄ est p om-
 nia similis patri: et ideo d̄: imago. de qui-
 bus noibus scribitur ad Heb. j. Multifa-
 rie multisq; modis olim deus loquēs pa-
 tribus in prophetis: nouissime dieb; istis
 locutus est nobis in filio: quem cōstituit
 heredem vniuersor; per quem fecit & secu-
 la. Qui cū sit splendor glorie: & figura sub-
 stantie eius &c. Ista noiā sunt valde mira-
 bilia. nā illa que sunt supra naturā: ratio-
 nem habent admirationis. nunc autē ista
 nomina quomodo conueniāt proprietati-
 rei: istud est supra naturā. nam nullus in
 hac vita perfecte itelligere pōt quomodo
 est verbum dei: nec quomodo filius: neq;
 quomodo splendor: vel imago. et pro tan-
 to nō immerito dicit ps̄. loquendo de no-
 minibus filij dei: que habet fm naturam
 diuinā. ps̄. viij. Dñe dñs noster: q̄ admira-
 bile est nomen tuum. Itē filius dei habet
 multa et diuersa noiā: fm multas & diuer-
 sas proprietates: quas habet: de quibus
 nominibus scribitur Esa. ix. Vocabis no-
 men eius admirabilis: deus fortis: pater
 futuri seculi: pnceps pacis. Sed reperio
 q̄ in humanitate habet tria noiā: que er-
 mō suo significādi sunt valde mirabilia.
 ¶ Primū nomen est emanuel de quo Esa.
 vij. Vocabis nomen ei; emanuel. Et istud
 nomen est valde admirabile propter eius
 ineffabilem vnionem: quam importat hu-
 manitas cum diuinitate. Interpretat em̄
 emanuel nobiscum deus. s. per vnionē di-
 uinitatis cū humanitate. Verbi cum car-
 ne. nam verbū caro factum est. i. carnivni-
 tum est. vnde & beatus Augu. qui summo
 pollebat ingenio: istam vnionē nō intelli-
 gebat: q̄ vt d̄: in lib. confessionum. Quid
 autem sacramenti haberet verbū caro fa-
 ctum est: nec suspicari quidem poterat.
 ¶ Scdm nomen valde admirabile in hu-
 manitate est istud nomē iesus: de quo scri-
 bitur Mat. j. Vocabis nomē eius iesum.
 ipse enim saluū faciet populum suū a pec-
 catis eor;. Et istud nomen est valde admi-
 rabile ppter importatam in eo operatio-
 nem. nam facere aliquid de nihilo est tam
 admirabile q̄ pbi istud reputauerunt im-
 possibile. Nunc in saluatione pctōris per
 gratiam / gratia de nihilo creatur. & pecca-
 tor: qui erat nihil quoad esse gratie. q̄ ad
 nihilū deductus est in conspectu eius ma-
 lignus. vt dicit ps̄. xiiij. Et fm Augu. sup
 Job. peccatū nihil est. et nihil fuit hoies
 cum peccat: sed per gratiam ad suum esse
 reparatur. que quidem reparatio designa-
 tur in isto nomine iesus: q̄ interpretat sal-
 uator: et nō solum saluator: sed a peccatis
 saluator: (vt dictum est) et ideo est nomen
 admirabile. Nā fm Augu. magis est pec-
 catorē iustificare: q̄ celū et terram creare.
 ¶ Tertium nomē est rps. de quo Mat. j.
 De qua natus est iesus qui vocatur xps. &
 istud nomen est valde admirabile propter
 sui diffinitionem. Dicit Aegietius li. i. de
 re militari: q̄ principes cōsecrati nullam
 maiorem gloriam putauerunt: q̄ aut fun-
 dare nouas ciuitates: aut ab alijs in no-
 men suum transfundere. sicut est de ista ci-
 uitate: quia licet nec a iulio cesare: nec ab
 octauiano augusto edificata fuerit: tamē
 nomē suum imposuerūt sibi. nam ab istis
 duobus imperatoribus dicta est Cesarau-
 gusta. Sed christus non solum vni ciuita-
 ti: sed toti populo fidelium nomen suū im-
 posuit. nam a xpo oēs fideles dicunt christi.
 Et quare magis ab isto noie christo
 fideles denominationem sumpserūt: pro-
 pter sui quam importat ex interpretatio-
 ne diffusionem. Interpretatur enim chris-
 tus vnctus oleo. ps̄. xliij. Anxit te de; de
 us tuus oleo lenticie. Oleum autē inter ali-
 os liquores marie se diffundit. Sic & chri-
 stiani maxime sunt p xpi fidē diffusi. Pre-
 ergo q̄ de noib; xpi tam in diuinitate: q̄
 in humanitate: valde bene dicit ps̄. viij.
 Dñe dñs noster: q̄ admirabile est nomen
 tuum in vniuersa terra. Et quia sic nomē
 xpi est tam admirabile: merito ratione sue
 dignitatis excellentissime d; a nobis hono-
 rari. vnde propter excellentissimam digni-
 tatem vix humanum genus fuit dignū vt
 ei notificaretur. Unde angelus in perso-
 na domini querenti iacob nomen suū: res-
 pōdit. Cur queris nomen meū quod est

b ij

emanuel. i. nobiscum d; fo 64. col. i

xpianj. 4770

In circuncisione dñi.

mirabile? quasi dicat: non pertinet ad te
scire nomen meum. magne enim dignita-
tis est. **Benē. xxij.** Et dñs dixit moysi de
abraam ysaac et iacob. **Nomen meū ado-
nay non indicaui eis. Ero. vi.** Sed ecce q̄
diuinus auctor: intantum est nobis vnitus
per vnionem diuinitatis cū nostra huma-
nitate in filij dei incarnatione: q̄ nomen
suū sine aliqua difficultate est nobis reue-
latū et diuulgatū. nā est nomē eius iesus.
¶ Sed quomodo a fidelibus honoratur?
certe valde modicum. Scōm sacros cano-
nes: quando nomen iesu nominatur: qui-
libet christianus debet inclinari: et nomi-
ni dei reuerentiā facere: sed modo nullus
curat. **¶ Notate cum diligentia que dicam.**
Nobis dicit **Rabi moyses**: q̄ nomē dñi te-
tragrammaton: quod signat dei essentiā pu-
ram: put in se existit: tante reuerentie fuit
apud iudeos: q̄ nunq̄ nominabatur nisi
a summo sacerdote: et hoc solum in bene-
dictionibus fēdis in templo. **Sed prob-**
dolor nomen dñi ad tantam vilitatem ve-
nit inter christianos: q̄ non solū a non sa-
cerdioribus nominatur: sed sine causa pro
nihilō ab oībus cōmuniter assumitur: et
tamen scōm preceptum est. **Non assumes**
nomen dei tui in vanum. Ero. xx. Item no-
men dñi tante reuerentie fuit apud gen-
tes: q̄ dicit magister historiārum in histo-
ria alexādrī: q̄ cum iudas princeps sacer-
dotum hierusalē nollet dare alexādro tri-
buta que dabat dario: et veniret cōtra eū
et gentem iudeorū: iudei timētes clamaue-
runt ad dñm: et immolabāt hostias. **Lūq̄**
sacerdos sacrificiū obtulisset: precepit de-
us vt considerent: ferrisq̄ ciuitatem orn-
arent. ⁊ ipse pontificali b̄ indutus cū alijs
sacerdotibus crierunt obuiam alexandro
⁊c. Et factū est cum alexāder vidisset pon-
tificem pontificali stola insignem: et lami-
nam vbi scriptum erat nomen domini te-
tragrammaton: descendit de equo: et no-
men domini adorauit: ⁊ pontificem vene-
ratus est. **Ecce iste alexander qui erat gen-**
tilis in quanta reuerentia nomen domini
habuit. Sed prohdolor nunc inter chri-
stianos: non solum non sic veneratur: sed
a ribaldis continue turpiter blasphemā-
tur. vnde ipse dominus conqueritur **Esā-**
lij. c. **Fugiter tota die nomen meum blas-**
phematur. Et tamen tales s̄m statuta ve-
teris legis pena mortis essent puniendi.

vnde **Zenitici. xxiij.** Qui blasphemauerit
nomē domini: morte moriatur. **Nō debet**
ergo nomen dñi blasphemari: non in tam
modica reuerentia haberi: sed debet vene-
rari et honorari: vt iam p̄mā p̄positio
verificetur: q̄ hoc nomen iesus est valde
mirabile: quia est nomē eius iuxta p̄mā
partem thēmatīs: quasi q̄ velit dicere: q̄
sicut deus est valde mirabilis ⁊ excellens
et merito honorabilis: ita ⁊ nomen eius:
quia s̄m excellentiam rei: debet esse excel-
lentia nominis.

Secunda pars.

¶ Sed dixi in secunda

et vltima p̄positione: q̄ hoc nomen iesus
habet posse virtuosum ⁊c. ideo est iesus:
q̄ interpretatur saluator. **Tanta est enim**
virtus istius sanctissimi nominis: q̄ per
ipsum demoniaci curantur. hoīes a quos-
cunq̄ nociuo p̄seruantur: infirmi curā-
tur et sanantur. vnde **Adarci in. c. vlti. dī-**
cit dominus de discipulis inuēdo virtus
tem sui nominis. In nomine meo demo-
nia eīcient: līnguis loquentur in uois: ser-
pētes tollent: et si mortiferum quid bibe-
rint: non eis nocebit: super egros manus
imponent: et bene habebunt. **Tāta est vir-**
tus istius nominis: q̄ quicunq̄ tribula-
tus: quicunq̄ in periculo positus ad eum
fugiens tanq̄ in turri fortissima saluatur
et liberatur. **Turris fortissima** nomen do-
mini: ad ipsam currit iustus et exaltabit.
Prouer. xvij. **Vnde Bernardus sup can-**
ti. sermone. xv. de virtute istius nominis:
et quomodo omnes confugiētes ad eum
suscipit et defendit: ad p̄positum ita in-
quit. **Nomen iesu medicina est.** si tristatur
aliquis vestrum: veniat in cor eius iesus:
et insiliat in os: et ecce ad eorūm nomi-
nis lumen: nubilum omne defugit: redit
serenū. **Vabitur quis in crimen: curritq̄**
super ad laqueum mortis desperādo: nōs-
ne si inuocauerit nomē iesu: confessum res-
pirabit ad vitam. **Cui in periculis palpi-**
tanti ⁊ crepitanti: virtutis nomen nonne
statim fiduciam prestiterit: depellit metus?
Cui queso in dubijs estuanti et fluctuanti
ad intentionē chari nominis: non statim
micuit certitudo? **Nimirum morbi et lan-**
guores anime isti sunt: illud medicina. nis-
hil ita sicut hoc nomē iesus ire temperat
impetum: superbie tumorem sedat: sanas

tragrammaton

⁊c.

blasphemos fo. 65.
col. 5.

fo. 67
col. 1.

liuoris vulnus: restringit luxurie flurum: strim auaricie temperat: ac totius indecoris fugat puriginem. hec ille. Ecce ergo quanta est virtus istius nominis. quilibet ad eum accedens et fugiens: in omnibus inuenit remedium/et iuamen: ab omnibus in commotis saluatur et liberatur. Quia omnis qui inuocauerit nomen domini: saluus erit. ad Roma. x. et prius Johelis. ij. Istud est illud nomen benedictum: quod hodie nouiter in sua circuncisione fuit sibi impositum. iam enim prophetatum fuerat Esai. lxij. Vocabitur tibi nomen nouum: quod os domini nominauit. Et certe valde conueniēter. nam consueuerunt imponi nomina noua triplici ratione.

Primo ratione ad eptę dignitatis. Secundo ratione celande veritatis. Tertio ratione patrate probitatis.

¶ Primo ergo imponitur nomen nouum alicui ratione ad eptę dignitatis: vt patet de papa: qui quando in dignitate papali creatur: nomen nouum sibi imponitur. s. nomen quod bonitatem: virtutem: et modestiam representet. vt pape nunc impositum est nomen clemens: vt nomen corespondeat rei: et per hoc dei innuere quod si als fuit durus fortis vel rigidus: quod erinde erit clemens. Tertio ista ratione christo est impositum nomen nouum. nam ipse ad eptę est dignitatem papalem a tota trinitate vnanimiter et concorditer: summe libere: summe complacenter in papam est electus. Nam ipsum dedit caput super omnem ecclesiam: que est corpus ipsum. ad Ephes. j. c. et ad Heb. iij. dicit. Considerate apostolum et pontificem confessionis nostre iesum. Et rone sue dignitatis papalis fuit sibi impositum nomen christus vel iesus. quasi quod per ista nomina velit dicere: si als fuit rigidus vel durus: nunc ero mollis. et hoc designat nomen meum christus. qui interpretatur vnctus. res enim vncta oleo blandior efficitur. Si als damnauit: erinde saluabo. et istud significat nomen meum iesus. quod idem est quod saluator. De hoc nomine papali quod est christus: ad Heb. it. Elystus assitens pontifer.

¶ Secundo imponitur nomen nouum alicui ratione celande veritatis: vt puta quod homo ingreditur terram inimicorum: mutat sibi suum proprium nomen: et nouum sibi imponit ne cognoscatur. Sic christus

ueniens in hunc mundum: in quo regabant et dominabantur inimici sui. s. de mones. nam s. m. apostolum ad Ephe. vj. Non est nobis colluctatio aduersus carnem et sanguinem: sed aduersus principes et potestates: aduersus mundi rectores tenebrarum harum. Veritatem sue diuinitatis sub pallio humanitatis occultauit: et qui prius solum deus vocabatur: nunc de nouo homo. et nomen hominis sibi impositum. s. iesus. Et sic suam diuinitatem inimicis suis occultauit.

¶ Tertio imponitur nomen nouum alicui ratione patrate probitatis: vt manlius quidam miles romanus: cui in singulari certamine quendam gallum eminentis magnitudinis et fortitudinis interfecisset: torquem quod gallus in collo portauerat impositum sibi. et istud nomen torquatus a torque: tam sibi quam posteris conquisiuit. erinde enim dictus est manlius torquatus. Item octavianus propter auctam ab eo rempublicam: nomen nouum sibi fuit impositum: et dictus est augustus. Sic christus in sua sanctissima passione: ratione hominis bellum cum diabolo intravit: et eum deuicit: infernum spoliavit: hominemque a suo imperio liberauit: et eum ab omnibus incommotis saluauit. et ideo propter istud bellum in quo deuicit: hominem saluando: nomen nouum sibi conquisiuit: quod est iesus. i. saluator. Non ergo incongrue de eo per prophetam dictum fuit. Vocabitur tibi nomen nouum quod os domini nominauit. Esa. lxij. Sed forte diceretis istud nomen non est nouum: nam multi fuerunt vocati isto nomine iesus. vt iesus filius syrach. iosue qui als dictus fuit iesus naue: iesus filius iosedeoch sacerdos. Tertio istud est nomen nouum: quoad significationem: nam significat saluatozem. Alij autem qui vocati sunt hoc nomine: non fuerunt saluatores: et si in aliquo facto particulari salutem procurauerunt. vt iesus naue: de quo habetur in libro Josue. de quo scribitur Ecclesiastici. xlvj. cap. Fortis in bello iesus naue: successit moysi in prophetia: qui fuit magnus s. m. nomen suum. marinus in salutem electorum dei. scilicet hostes israel debellando. Tamen non ita generaliter populum saluauit: sicut christus est saluator omnium vniuersalis redemptor: qui non solum saluat ab hostibus corporalibus: b. iij

3. rone imponunt nomina videt. fo. 63. col. i. infine

torquatus fo. 6.

sup

fo. 64. col. 3. nome. ihs. videt
fo. 63. col. 3.
fo. 65. col. 7.

In circūcisione dñi.

sed etiā spiritualibus. scz a peccatō. sic em̄ dictū est per angelū Abdar. j. Ipse em̄ salū faciē populū suū a peccatis eorū. Patet ergo iam vltima p̄positio declarata. q̄ hoc nomen iēsus habet mirabilem virtutē ad saluandū in periculis. ideo est iēsus: qd̄ interpretatur saluator. iuxta scz cundā partē thēmatī. vt pro finali cons̄cordia dicamus. Et non est aliud nomen sub celo datum hominibus: in quo oporteat nos saluos fieri. Act. in. c. iij.

¶ In festo circūcisionis dñi. Sermo. iij



Donsummati sunt

dies octo: vt circūcideret puer. Luce in. c. ij. origina liter: recitatur hō in euāgelio p̄sentis solēmnitatis verbū scribit qd̄ assumpti. Hodie ecclesia facit festum de circūcisione xp̄i: qui octaua die a natiuitate sua: ne legem videret contēnere: voluit sacramentū circūcisionis suscipere. de cuius susceptione dicit thēma. Cōsummati sunt dies octo: vt circūcunderetur puer. quod fuit thēma.

Pro cuius declaratione introductiua est notandū: q̄ primus pat̄s: qui peccauit contra deū comedendo de fructu vetito: sicut pat̄s Ben. in. c. ij. peccatū per generationē trānsiuit in posterōs. oēs enim hoies qui nascuntur ex adam: possunt cōsiderari vt vnus homo: inquantū conueniunt in natura: quā a primo parente accipiunt: h̄m q̄ in ciuilibus oēs qui sunt vnus cōmunitatis: reputant quasi vnū corpus: et tota cōmunitas quasi vnū homo. Porphyrius etiā dixit: q̄ participatione speciei plures homines sunt vnus homo. Sic multi hoies deriuati ex adā: sunt tanq̄ multa membra vnus corporis: actus autem vnū membri corporalis: puta manus: non est voluntarius voluntas: te ipsius manus: sed volūtate anime: q̄ primo mouet mēbra. vnde homicidiū qd̄ manus cōmittit: non imputat manui ad peccatum: si consideratur manus h̄m se: vt diuisa a corpore: sed imputatur ei inquantū est aliquid hominis. q̄ mouet a p̄mo p̄ncipio moriū hominis. Sic ergo inordinatio que est in isto hoie ex adā generato: nō est voluntaria volūtate ip̄i: sed volūtate p̄mi parentis: qui mouet motione generationis oēs qui origine

deriuantur. sicut voluntas anime mouet oia membra ad actum. vnde pctm̄ quod sic a primo parente deriuatur: dicitur originale: sicut peccatū quod deriuatur ab anima ad mēbra: dicitur actuale. et sicut peccatū actuale: qd̄ per membrū aliquod cōmittit: non est peccatū illius membri: nisi inquantū illud mēbrū est aliquid ip̄i: sicut hoies: p̄pter quod vocat pctm̄ humanum: ita peccatū originale non peccatū istius persone: nisi inquantū hęc persona recipit personam als naturā a primo parente. et ideo vocatur peccatū nature h̄m illud Ep̄hes. ij. Eramus natura filij ire. Verba sunt sancti Thom. j. ij. q. lxxij. ar. j. Et quia propter istud pctm̄ non solum primus pat̄s: verum etiā tota sua posteritas diuinā gratiā perdidit: et iram dei promeruit: ideo deus misericors compat̄iens sue creature: voluit de remedio providere. et ideo quolibet tempore remedii instituit et dedit contra istud peccatū originale: per quod remedii iram dei fugiebant: et gratiā obtinebat. Et rep̄o q̄ p̄m tria tēpora: sic tria remedia instituit. Primum tempus fuit legis nature: et i hoc habuerūt pro remedio sacrificia decimā et oblationem.

Secundum tempus fuit scripture: et in hoc habuerūt pro remedio circūcisionē. Tertium tempus fuit legis gratie: et in hoc pro remedio habemus baptismalem regenerationem.

Omnia ista remedia xp̄s suscepit: licet non indigeret. Nam in peccato originali quattuor incōmoda homo incurrebat. scilicet culpam: fomitem: priuationem gratie: ac carentiā visionis diuine. Ch̄istus autem nullū horū defectū habebat: quia in ip̄o non fuit originalis culpa. nō in carne sua aliquis fomes: aut concupiscentia. nec habuit priuationem: sed plenitudinem gratie: et in terra degens fruebatur diuina visione: q̄ sicut erat viator: et comprehensor: iō his remedijs non indigebat. Sed voluit ea suscipere: ne videretur leges ab eo datas sub quibus ista remedia collata erant: contēnere. quia ipse dixit. Non veni solvere legem: sed adimplere. Matth. v. Et quia ipse fuit conceptus: et natus tempore legis moysaice: et erat de genere abraam: cui data erat circūcisio et semini eius: ideo voluit hodie circūcidi vt dicit

vide fo. 58. col. 2.
fo. 61. col. 2.

verba proposita. Consummati sunt dies octo: vt circūcideret puer, qđ fuit thema. In quibus verbis duo notantur iuxta thematis partes duas.

Primo tēpus deputatū obseruationi legali: qđ notatur ibi, cōsummati sunt dies octo, in prima parte thematis.

Secūdo signū distinctionis datū populo diuinali: qđ notat ibi, vt circūcideretur puer, in scđa parte thematis.

Dimisso modo procedenti hinc thematis diuisionem: reperio hinc sacre scripturę tēporē triplicem circūcisionem.

Prima est circūcisio carnalis.

Secūda est circūcisio spūalis.

Tertia est circūcisio ab oibus malis.

Prima pars.

B Dico primo qđ prima

circūcisio est carnalis: qđ fiebat in carne et hec est circūcisio iudeorum. Istud sacramentū circūcisionis fuit datum abraę hēn. xviij. Dixit iterum deus ab abraę ꝛc. Circūcideretur ex vobis omne masculinū, ꝛ circūcideretis carnem preputij vestri: vt sit in signū federis inter me et vos. Infans octo dierū circūcideretur in vobis ꝛc. Adha sculus cuius preputij caro circūcisa non fuerit: debebitur aīa illa de populo suo: quia pactū meum irritum fecit. Circa qđ possunt queri tres questiones.

Prima q̄stio est: quare fuit data circūcisio tñi populo iudeorū: et non omnibus populis? Ad quod responderet san. Tho. in. liij. dist. j. qđ sicut peccatum per adam in oēs trāsiuerat: ita oportebat per christum in oēs sanctificationem transire. vñ ad prerogatiuā sanctitatis eius insinuādam: oportebat quicquid ad xpm pertinebat: speciali sanctitate pollere. Ideo ī populo de quo xps nasciturus erat: oportebat specialiter cultum dei esse: et ipsius ab alijs distingui. Et quia circūcisio est signum distinguens populū dei ab alijs: ideo oportebat populo israel circūcisionem esse datam. non solum apud illos qđ de stirpe iacob erant: sed etiā quantū ad illos qui ad populū illū qualitercūq; pertinebant.

Secūda questio est: quare circūcisio fit in membro generationis? Responderet sanctus Thom. vbi supra, qđ circūcisio

erat in signum purgationis originalis peccati: et in signum distinctionis populi ex quo xps nasciturus erat: et in signum castitatis seruande, et quantū ad omnia hec: deuit vt in membro generationis fieret, qđ per actum generationis originale contrahitur, et christus ab illo populo descendit: ꝛ in continendo ab illo actu castitas consistit. Et ideo membrum generationis erat de necessitate circūcidendum et quantum ad efficaciam sacramenti: et quantum ad obligationē precepti.

Tertia questio est: quare fieri preceptū fuit in die octaua? Ad quod responderet sanctus Thom. vbi supra: qđ circūcisio et erat in precepto: ꝛ erat sacramētū. Octaua ergo dies erat de necessitate circūcisionis quantū ad obligationē precepti: ita qđ reus transgressionis erat: qđ illud tēpus non obseruabat: sed nō erat de necessitate eius quantum ad efficaciam sacramenti: quia etiā in alio tempore circūcisio facta suum effectum sacramentalem habebat. Sic etiā accidit de ministrantibus nostra sacramenta: qui seruant materiam et formam debitam: et non omittit aliquid de ritu ad solēnitatem sacramenti, ab ecclesia constitutū. Determinatiōis autem huius repositis erat causa et mystica: que tangitur in littera: et litteralis qđ tangitur a rabi moysē: qđ puer ante octauū diem est ita tener quasi in ventre matris: et ideo ppter periculum ante illud tempus non erat fienda. Mystice autem sicut animalia non offerbantur ppter predictam causam ante octauū diem: ita nec puer circūcidebatur. Et quo merito potest insurgere alia questio. Cum circūcisio esset in remedium contra peccatum originale: vt cum christus non contraxerit peccatū originale: non immerito potest queri questio quarta: quare christus voluit circūcidi? Ad quod responderet san. Tho. vbi supra, qđ circūcisio christo competebat non ppter indigentiam: sed ppter decentiam. Ad quod potest triplex ratio assignari. Prima est vt se ostēderet filium abraę: cui preceptū circūcisionis erat factum et promissio nascituri seminis: ꝛ sic dei promissionem insinuaret impletam.

Secūda ratio vt circūcisionem sicut et alia legalia suscipiens: ab onere legi nos

quare circūcisio fiebat in die octaua

fo. 58. col. 3.

fo. 60. col. 7.

quare circūcisio data ē populo iudeorū

quare circūcisio fiebat in mēb' gēn'is

In circūcīfione domini

liberaret: dando finem legi scripte. Ter-
tia vt fratrem iudeorū se ostenderet: neq;
haberent iustam occasionē ipsū repellē-
di. Propter has ergo causas: et alias cō-
plures: q̄s doctores assignant: x̄ps voluit
circūcīdi. Et mater sua virgo maria ip̄m
hodie ad circūcīdēdū durit. Propter q̄d
de ea potest dici q̄ impleuit p̄ceptum
dñi. Infans octo dierum circūcīdatur in
vobis. Gen. xvij.

Secunda pars.

Dixi secundo princi-

paliter q̄ secunda circūcīfio est spiritua-
lis: et ista est christianorū viatorū: de qua
loquitur beatus Bernard. in sermone ho-
dierno. Fratres nos circūcīdi necesse est:
non littera: sed spiritu et veritate: nec in
vno membro tm̄: sed toto corpore simul.
Zicer em̄ magis in ea parte: in qua in-
deus mandata est circūcīfio: regnet cōcu-
piscencia: vniuersam tamen occupat car-
nem. a planta pedis vsq; ad verticē: non
est in nobis sanitas. nec est pars aliqua
que non rabida sit hoc veneno. hec ille.
Et quibus pars q̄ nos christiani debem;
nos circūcīdere non in vno membro tm̄:
sed in oibus. Sicut em̄ ridiculum esset si
quis in parte barbans suā raderet: sic qui
in parte circūcīfionē suam facit: et in
parte se incircūcīsum relinquit. Debe-
mus ergo nos circūcīdere interius et ex-
terius. Interius quantū ad cogitandēs
et desideria. Et exterius quantū ad singu-
la mēbra et opera. Hec est circūcīfio vi-
torū: qua debemus oīa vitia rescindere.
Et hoc propter quatuor rationes p̄pter
quas aliqua res solet circūcīdi.

Primo ad evitandā corruptionem.

Sec̄do ad procurandam fructificationē.

Tertio ad ostendendā distinctionem.

Quarto ad consequendam congruam si-
tuationem.

Dico primo q̄ aliqua res debet circūcī-
di ad vitandū etc. Solet enim res aliqua
circūcīdi: ne per ipsam alia corrumpatur.
Videmus em̄ q̄ quando in pomo est ali-
qua pars putrida et corrupta: nisi circūcī-
datur: pars sana per ipsam corrumpit.
Dens etiam putridus ab ore excipitur vel
expellitur: ne per eius fetorē totū os cor-
rumpatur. Ita debemus nos circūcīde

re a peccatis: ne per vnū peccatū anima
corrūpatur: et sic amittat vitam gratie: et
per consequens vitā glorie. Et ideo scribit
Deus. xxx. Circūcīdet dñs des tu: cor tuū
et cor seminis tui: vt diligas dñm deū tuū
ex toto corde tuo: et in tota anima tua:
vt possis viuere. Et nota q̄ dicit circūcī-
det dñs deus tuus cor tuū. Ista em̄ mē-
bra in quibus sunt iste infirmitates tur-
pes et corrodētes: solent circūcīdi: ne p̄
mēbrum morbidū membra reliqua corrū-
pant. Et certe peccatū in corde est infir-
tas corrodens oīa bona gr̄e. vnde sicut vi-
nū corruptū corrūpit dolium. et ita cum
peccatū sit corruptio: et sit quasi quidam
morbus infernalis. qñ incipit oportet mēs-
brum incidi. est em̄ ignis vsq; ad cōsum-
ptionē et perditionē: deuorans animam
Job. xxxj. et ideo eas: sicut ignis materia:
corrūpit et consumit ac comburit. Ideo
debet cor circūcīdi: ne anima corrūpatur
ideo dicit Deus. x. Circūcīdit p̄putiū cor-
dis vestri. qz s̄m Beogo. peccatū quod p̄
penitentia non diluit: mor suo pondere
ad aliud trahit. Ista circūcīfio debet fieri
cū cultro penitētie: aliter homo more-
retur. quod figurat Erod. iij. Ubi habet
q̄ angelus dñi occurrit J filius moysi: et
eū occidere voluit. gl. tulit ergo sephora
acutissimā petrā: et circūcīdit p̄putium
filij sui. Iste filius incircūcīsus: quē dñs
vult interficere: est malus xp̄ianus: sepho-
ra est ecclesia. Interpretatur em̄ placens
deo. sed petra acutissima circūcīdit filium
suum: qñ iniungit penitētia. vñ acuta ē
p̄ amarā cordis p̄tritionē. Acutio: p̄ p̄fē-
sionē. Acutissima p̄ satisfactionē. Et cer-
te acutum d̄ esse instrū: quo non solum
octo dierū: sed etiā multorū annorū abscin-
di debet aīe p̄putiū. vñ Bern. Abscinda-
tur ferro acute compunctionis vlcus in-
ueterate p̄suetudinis. Nisi ergo acuta pe-
nitentia circūcīdat: acuta sententia cir-
cūcīderis. (als occideris.) Et ideo scribit
Deus. xvij. Absculus cuius p̄putiū ca-
ro circūcīsa non fuerit: delebitur aīa eius
de populo suo. Dic de republica quomo-
do p̄ vnum hoīem malū corrumpitur. per
vnū latronem: homicidam: adulterum: et
sic de alijs. et quomodo sunt circūcīdens
di per mortem.

Dixi secundo q̄ aliqua res debet circū-

79

80

cidi ad procurandam fructificationē. Si
 demus em̄ q̄ iste vinee et arbores circūci
 dunt vt meli⁹ fructificēt. nisi em̄ supflua
 resecarentur: non fructificarent. Ita de
 bemus nos circuncidere. id est a peccatis
 purgare. aliter q̄ p̄ laboramus nihil pro
 des: nec partem in bonis ecclesie: nec ces
 lestis p̄rie habem⁹. Frater enī mortuus
 non habet partem in bonis a fratre viuo
 acquisitis. Nec cibis copiosi ministrat⁹
 prodest membro putrido vl̄ abscisso. Ita
 certe homini existenti in peccato nō pro
 sunt bona ecclesie: quantum ad meritum
 glorie. quia est abscissus a corpore ecclie
 per meritum: licet non per numerū. Ideo
 necessarium est nos a peccato purgari: vt
 habeamus fructum de bonis ecclesie. et
 partem in bonis celestis patrie. Et ideo
 possunt dicere pctōres de bonis illō Be
 nef. xxiiij. Si circuncidamus masculos
 nostros ritum gentis imitantes: et substā
 tia eoz et cuncta que possident: nostra
 erunt. Verba fuerunt sic h̄: et emor ad iu
 deorū populū. Dicit ergo si circūcidam⁹
 masculos nostros. per masculos qui do
 minantur feminis et generat: intelligitur
 volūtas: que est domina in potentis ani
 me: et generat bona opera: que debēt cir
 cūcidi ab omni immundicia. quod figu
 rat⁹ Benef. xvij. vbi habetur q̄ abraam
 fuit circūcisus cum filijs suis et seruis
 suis. Abraam qui interpretatur pater mul
 tarum gentium: est voluntas: a qua ha
 bentur bona opera. filij eius/ alie poten
 tie. serui/ sensus corporis. que omnia de
 bent circūcidi. Voluntas ab omni ma
 lo vsu: et membra ab omni malo actu. os
 oculi aures. et sic de alijs. Unus enim ho
 mo potens et diues non daret filiā suam
 vni rustico ducenti vile et turpe artificij
 sed homini nobili daret. Ita deus valēs
 nobilior/ ditior/ potentior nō daret gliaz
 suam eternam ducenti vile et turpe artifi
 cum peccati: sed nobili ducenti omnia
 necessaria. Nam homo tendens ad habē
 dum filiā alicuius magni: solet se decē
 tius gerere. Sic si volumus habere filiā
 dñi summi. scz gloriā eternam/ debem⁹
 nos decentius gerere: et a vili bus retra
 here. vnde dicitur angeli illud. Ben. xxiiij
 Nō possum⁹ facere quod petitis: nec da
 re sororem nostram. i. vitam eternam/ ho

mini incircūcisio. hoc est immundo. Sed
 in hoc valebimus federari. Si voluerit⁹
 esse similes nostri. id est vacare mundicie.
 et circūcidatur in vobis omnis masculini
 sexus. Hoc est si purgetur volūtas ab oī
 peccato. Et hoc de secūdo.

Q̄ Dixi tertio q̄ res aliqua debet circūci
 cidi ad ostendendam distinctionē. Soler
 em̄ res aliqua circūcidi: vt a re alia meli⁹
 cognoscatur: vel diuidatur. Videm⁹ em̄
 q̄ multe res solent circūcidi et incidi: vt
 melius distinguātur. Ita debemus nos
 a peccato circūcidi vt contra familiam
 diaboli distinguamur. vnde peccatus in
 anima signū est diaboli. et circūcisio a pec
 cato signū est dei. iō d̄: ad Phil. iij. Nos
 sumus circūcisio qui spū serui⁹ deo: et
 gloriāmur in xpo iesu: et nō in carne fis
 ducia habentes. Et nota q̄ dic. nos sum⁹
 circūcisio. hoc est circūcisus. Et vide q̄ ar
 migeri q̄ seruiunt istis magnis dñis: so
 lent esse in noua tunica stricte cincti: stric
 te calciati: cum alba cucufa: cū sero pul
 chro. Ita illi q̄ seruiūt dño: debēt habere
 tunicā nouā pulchre cōsistētie: stricte cin
 cti cingulo castitatis et sancte affectionis
 bene calciati exemplis sanctorū. cum alba
 cucufa intentionis q̄ facit eleuari capil
 los. i. cogitationes ad deū habētes in capi
 te serū de pulchris floribus. i. deuot⁹ ora
 tionib⁹. Talis sic circūcisus est de familia
 dei. Unde sicut miles cognoscit sū arma
 sic ad signū pcti vel ḡe cognoscit serui
 diaboli vel dei. Unde Dierem. iij. Circū
 cidimini dño: et auferite preputia cordium
 vestrorū. q̄ si di. sitis circūcisus sicut decet sa
 mulos dei. Ben. xvij. Circūcidetis carnes
 preputij v̄ri. i. a vobis oēm immundiciā
 auferetis. vt sit signū federis inter me et
 vos. vt sit signū q̄ sitis de familia mea.
 Et hoc de tertio.

Q̄ Dico q̄rto q̄ solet res aliqua circūcidi
 ad cōsequendā cōgruā situationē. Videm⁹
 mus em̄ q̄ isti lapides ante q̄ in edificio
 collocent: diligētiter circūcidunt: vt meli⁹
 in edificio valeāt ordinari. Sic si volum⁹
 in edificio paradisi situari: opz nos circū
 cidi a pctō oī: et poliri virtutib⁹ et bonis
 opib⁹. Vñ sicut lapides melius sculpti et
 politi et decorati/ solent poni in locis no
 bilioribus. Ita magi boni: magi purgati et
 ornati ponent in loco supiori et nobiliori:

In circuncisione dñi.

Nam s̄m excellentiam meritorꝝ recipient anime distributiones premiorꝝ. Et ideo dicit beatus Hieron. Urbs beata hierusalē dicta pacis visio: que cōstruit in celis viuis et lapidibus: et angelis coornata vt sponsa comite: Noua ventens e celo nuptia li thalamo: preparata vt sponsa copulatur dño: platee et muri eius ex auro purissimo: Porte nitent margaritis aditis patientibus: et virtute meritorꝝ illuc introducitur omnis qui pro xp̄i noie: hic in mundo premitur. Consomibus pressuris expoliti lapides: suis coopratur locis per manus artificis disponuntur permanfuri sacris edificijs. Ideo d̄: Exodi. xij. Si quis peregrinorꝝ in vestram voluerit trāsire coloniam: et facere p̄base: circuncidetur prius omne masculinū eius. Et sic patet quomodo circunciso spiritualis: que est peccatorū: debet fieri p̄pter predictas quattuor causas. ¶ Et reperio q̄ sicut circunciso carnalis precipitur fieri octaua die: ita et spiritualis circunciso nō potest fieri nisi per octo: quibus ad circuncisionis spiritualis perfectionem peruenitur. Nam

Primo precidēda est glorificatio peccati. ps. l̄j. Quid gloriaris in malicia: q̄ potēs es in iniquitate. Qui enim de malicia gloriatur: similis est illi qui de hoc gloriatur q̄ in latum fetidum cecidisset.

Secūdo precidēda est peccati defensio. vt cum aliquis id qd̄ malū est: sub specie boni defendit. ps. cxi. Non declines cor meū in verba malicie ad excusandas excusationes in peccatis.

Tertio precidēda est peccati consuetudo. Aliqui sunt qui iugiter reperunt infernalem viam: cum deberent eam timere: et eius obliuisci. Hier. ij. Quē vilis facta es nimis iterans vias tuas.

Quarto precidēda est ipsius pct̄i operatio. Et q̄libet desinat a malis operibus suis. iuxta illud qd̄ scribit̄ Esa. f. Quiescite agere peruerse: discite benefacere.

Quinto precidēda est peccati locutio. ad Ephe. v. Fornicatio et omnis immundicia: aut auaricia nec nomine in vobis. Et eius dē. iij. Omnis sermo malus ex ore vestro non procedat.

Sexto precidēdus est peccati cōsensus: ne homo leuiter assentiat tentationi. et iō scribitur Eccli. xij. Post concupiscētias tuas non eas.

Septimo precidēda est peccati delectatio. quia talis delectatio abijcienda est et a mente et a corpore. et ideo scribit̄. f. Corinth. x. Nō simus cōcupiscentes malorꝝ. Octauo precidēda est peccati cogitatio que est vitima radix peccati. Esa. f. Laua mini: mūdī estote. auferite malum cogitationum vestrarum ab oculis meis.

bis pena grauis eorũ q̄ lingua peccauerũt
sicut aduocati false allegãtes. sicut alij de-
trahẽtes. sicut verbosi in iuste acculãtes

atien fr. 95.
v. ps. col. 1
atien fol.
86 totu fol.

8

10

sicut maledicti deum blasphemantes. De multis doloribus infernalibus loquitur Iunoc. de miseria hominis circa finem. Ibi erit fletus et stridor dentium: gemitus: ululatus: luctus: et cruciatus: labor: timor: et clamor: et dolor: ardo: et fetor: obscuritas: anxietas: acerbitas: austeritas: calamitas: egestas: angustia: tristitia: et confusio magna: portiones amaritudinis: tumores: fames sitis: frigus: et ignis et sulphur in secula seculorum. Non sic quod saluatur: sicut scriptum est. Esa. xxxv. Venient in sion cum laude. et leticia sempiterna super capita eorum. Gaudium et leticia obtinebunt: et fugiet ab eis dolor et gemitus. Cuius gaudij nos principes faciat etc. Deo gratias.

¶ Dominica prima post octava epiphania. Ser. f.



De gaudentes

in tribulatione patientes: orationibus instantes: necessitatibus sanctorum communicantes. ad Romanos.

¶ Juxta partes thematis: quatenus videtur verborum intentio: talis formatur imaginatio.

¶ Afflictio cum patientia tolerata.

¶ Deprecatio cum bona conscientia fretata.

¶ Subuentio cum clementia ministrata.

¶ Firmam spe causant in homine dei plurimum affectata.

¶ Quantum ad primum afflictio cum patientia hinc exemplum in re gesta. Habemus enim in sancto Job: et Tobia multis afflictis et tribulatis: quapropter spe gaudentes cum patientia eorum afflictio fuit in consolatione et gaudio simul terminata. Hoc idem apparet in multis sanctis bonis et iustis nominati et veteri testamenti quod de tribulatione prolati finaliter remanserunt: attendetes quod foras portabat aurum et argentum: et modo simili electos ignis probatione in hac vita probavit. Etenim attendetes quod triticum in horreo non reponatur: nisi prius multipliciter flagellatur: attendetes quod post repletum in aere apparet serenitas atque tranquillitas. De istis omnibus habet scriptura Eccli. ij. In dolore sustine: et in humilitate tua patientias habet: quoniam in igne probatur aurum et argentum: homines vero receptibiles in camino humilitationis. Ere de deo et recuperabit te. dirige viam tuam: et spera in illa. Serua timorem illius: et in illo

veterasce. Adveniet enim sustinere in iugis eius: et non defectatis ab illo ne cadatis. Qui timetis dominum credite illi: et non evacua bit merces vestra. Qui timetis dominum spate in illam: et in oblatione veniet vobis misericordia. Qui timetis dominum diligite illum: et illuminabunt corda vestra. Respice filii nationes hominum: et scitote quod nullus spavit in domino et confusus est. Quis enim mansit in madatu eius et derelictus est? Aut quis invocavit eum: et desperavit illum? Quis pius et misericors est deus: et remittit in die tribulationis peccata: et protector est omnibus eripientibus se in vitare. Juxta istam intentionem loquitur apostolus ad Romanos. v. Gloriamur inquit in tribulationibus: scientes quoniam tribulatio patientiam operatur. Patientia autem probationem: probatio vero spe: spes autem non confundit. In hoc articulo correspondet prima pars thematis: ubi dicitur. In tribulatione patientes.

¶ Secundo principaliter est introductum quod de precatio etc. Scitis Iob sui libri. c. xij. querit. quod proderit si oraverim? Istam questionem facere possunt qui orant sine devotione quacumque quod eis nihil prodest. quod sicut dicit Cassiodorus oratio sine devotione est sic corpus sine anima. et sic tale corpus fetet. ita oratio sine devotione deo non placet: nec eraudit eam. Istam questionem ista possunt facere illi qui in oratione postulant quod sit salutem. quoniam sic oratio pauli (1. j. Cor. xij.) fuit impedita: nec eraudit. Vel possunt eam facere illi: qui dicunt quod omnia eveniunt de necessitate. Vel possunt eam facere: qui non habent bonam fidem: nec firmam spem in deo suo: de quibus aristoteles loquitur de secretis secretorum. Possunt inquit quidam divinam clementiam orationibus: ieiuniis: servitiis: sacrificiis: elemosinis: et multis alijs bonis de commisisse veniam implorantes. Et verisimile est quod deus auertat se ab eis: quod trepidat et formidat. Qui vult se erudiri: oret et postulet in fide nihil hesitans. Facio. s. qualis fuit oratio Eschiele Elae. xxxvij. qualis fuit oratio sancte ecclesie pro petro apostolo. Actuum. xij. Isti articulo secundo correspondet secunda pars thematis. orationibus instantes.

¶ Tertio principaliter subuenit etc. Qui in necessitate bona temporalia committit liberaliter spem habet de eterna mercede. Sicut agricola expectat preciosum fructum de grano seminato in terra: sicut dicitur bti Jaco. v. c. et patienter expectat donec recipiat: sic largus elemosynarius: qui committit tali agricolae

oro sine amore
fo. 100.

77. vol. 4

Dñica. I. post octa. epiphanie

minanti. q: sicut bonus sator: seminat ante se non retro se. Sic bonus elemosynarius: q: in vita pñri dat elemosynas: ieminat aut se: et id ipem habz firmā de fructu opis seminari in alia vita. vt accedat illud: qd scribit. s. Timo. vj. cui dicit apus diuitibus hui? seculi pape non subime sapere: neq: sperare in incerto diuitiaz: sed in deo viuo: q: prestat nobis oia abunde ad fruendū: bene agere: diuites fieri in bonis opibz: facile tribuere: concitare: thesaurizare sibi fundamētū bonū in futurū vt cōprehendat bonā vitā. Iste tertius articulus correspondet tertie parti thematis necessitatibz scroz communicantes. Resumatur introducta imaginatio. Spe gaudetes etc. In qbus vrbis qtuor ostendunt. Primo afflictio meritoria. in tribulatione patientes.

Secūdo puocatio cōsolatoria. spe gaudentes.

Tertio supplicatio pcatōria: oñi ista. Quarto largitas pceptoria. ne cessitatibus sanctorz comunicantes.

Prima pars.

Quantū ad primum

vbi persecutio est faciēda de tribulatione cū patiētia: circa quā est aduertēdū: q: tribulatio in qua est patiētia: magna et multa bona facit psonē tribulate. qm

Tribulatio est fidele adiutorium.

Tribulatio est demonis conticinium.

Tribulatio est aie purgatorium.

Tribulatio est vie preparatorium.

Tribulatio est debiti solutorium.

Tribulatio est solatiū inuestigatorium.

Tribulatio est diuinor recordatorium.

Tribulatio est orōnis exauditorium.

Tribulatio est beatorū anime mulcōrium.

Tribulatio est amoris dei testimonium.

Primo tribulatio etc. Nepe tribulatio cū patiētia tolerata est fidele adiutorium: vt psona tribulata eripiat de manibz inimicorū suoz. Sed q sunt inimici? Rñ. inimici capitales sunt scelera grandia: huiusmōdi prosperitates: fortuna bona: honores: diuitie: delitie corpales: et huiusmōdi.

Affirmat bñs Hreg. q magis est timēda fortuna prospera q̄ aduersa. Cui alludit Boet. ij. de psola. id qm fortuna aduersa q̄lis est hō in se: et nihil occultat: nec occultare pōt. nō sit p̄p̄a: id fortia decipit

hoies. Quat valde tribulatio immissa a deo: quā comitat de? iuxta illō ps̄ xc. Eū ipso sum in tribu. eri. eū etc. Est em vnum mirabile: q dñ psona magis est tribulata tūc de? magis appropiquat ad illā. iuxta illud. ps̄. xxij. Furta est dñs his q tribulato sunt corde. Istud auxilium misit deus xpo tribulato existēti i agoniam. Luc. xij. Ite brō petro in carcerato. s. angelū. q liberauit eū. Act. xij. Ite sancte iatharine: q fregit rotas. Ite brō laurētio: cum quo visus fuit iuuenis: q linteo tergebatur vulnēra. Ite tribus pueris existētibz in fornace: misit deus ventū cū roze: q refrigerauit incendiū. Dan. iij. Item in tribulatione magnū auxilium bona patiētia: que triumphat: et que vincit maliciā: qua etiam martyres coronantur.

Secūdo commodum tribulationis etc.

Tribulatio vbi est patiētia: claudit et obstruit os demonis infernalis: ne possit loqui tētando psonē tribulate. Et qre nō loquit. i. nō tentat diaboli talē personā tribulatā: Nō ppter aliud: nisi q timet q̄ habeat expulsum: quā hz talis psona in tribulatione sua. Dic sciendū q nō ē multū curandū si diaboli loquit hōi tētando dñ tñ hō diaboli nō rñdeat eidē. ergo tribulate gaude: q in tribulatione patiētia habes. Iste est vnus modus quo patiētia eret: diaboli tētationibz nō cōsentire. de quo loquit bñs Hreg. homel. vij. sup ezech. Tribus inq̄ modis v̄tus patiētie exercetur. Alia nāq̄ sunt q̄ a deo: alia ab antiquo aduersario: alia que a primo sustinemus. Ab antiquo v̄o aduersario tētāmera: a deo aut flagella toleramus. Adagna inq̄ v̄tus patiētie in tribulatione: q oia vincit aduersa: sicut dicit Cassiod. Gra dis em est vtilitas ista tribulatio: q sic terret inimicū: ne tribulato cū patientia audeat appropiquare. Job. xv. Terrebit eū tribulatio: et angustia vallabit eum.

Tertio cōmodū in tribulatione cū patiētia etc. Tribulatio cum patiētia tolerata multiplex dicitur medicina. Quot em ictus tribulationis de? imittit cordi hois tribulatio: tot medicinales phleboromati fuerūt: quoniam multe tribulationes iustorum etc. ps̄. xxxij. Est em tribulatio cū patientia medicina purgatoria, qm sicut ignis purgat

B

unt p̄p̄iet
p̄p̄ietales

al. 2

metalla: sic tribulatio purgat pctā. Aug. Qd lima ferro: qd flagellum grano: fornar auro: hoc facit tribulatio viro iusto. Itē August. Noli conuerti de flagello tribulationis: si vis purā granū haberi: et reponi cupis in celo.

¶ Hic pōt queri vnde puenit homini tribulatio: An rīdēt q̄ ex multis.

De morte amicorum.

De dāno tēporaliū rerum.

De infirmitate carnis.

De psecutione inimicōz.

¶ Primo de morte parentū seu amicōz. vñ Aug. lib. xij. de trini. c. v. Profunt inq̄t ista mala q̄ pie fideles pferūt nobis ad emēdanda pctā: vel ad ererendū probā dā iusticiā: vel ad declarandā hui⁹ vite miserā: quaten⁹ illa vbi erat bītudo: de fidere ardētius et pstant⁹ inq̄raf. Potissime valet tribulatio ad emēdāda peccata. An narrat brūs Hierony. Dicā qd in egypto vidi: q̄ grec⁹ quidā adolescens erat in cen obio: q̄ nulla abstinēria: nulla opis magnitudine poterat erigere flā: nam libidinosi pcti: et tandē periclitātes p̄ monasterij sic saluauit: qui imperauit cuidā viro deuoto vt iurgis ac puitis in cesseret: seu lacesseret p̄ annū. Lapso āno: interrogat⁹ puer an sic sicut prius cogitationib⁹ molestaret. p̄ inq̄t puer: mihi vire nō licet: quōd fornicari licet: Sic de⁹ frequēter facit. molestias imittit vt caro impediatur a malo: et pfirmet̄ i bono. Ergo patietes estote: et confirmate corda v̄ra.

¶ Quarta vtilitas tribulationis et. Quale obsequiū. quale seruitiū facit hōi tribulato tribulatio sua: Rñ. illuminat ipsū ad cognitionē dei et sui. Pr̄ de nabucho donoſo: regē: q̄ tribulatus i corde: i mēte et a regno expulſus: venit tandē in sui cognitionē et dei. et leuauit oculos in celuz: et sensus reddidit est: et in regno diu restitutus. An sicut p̄spitas ip̄m in sup̄biam exaltauerat: sic tribulatio et aduersitas ipsū multū hūiliauit: et ad dei et sui cognitionē reducit. Dan. iij. p̄ totū. Nempe vocat⁹ de⁹ salomonē munera largiendo. et vocauit iob bona tēporalia auferendo et ip̄m tribulādo. sed qd: tribulationes addiderūt iob ad patientiā et pfectionem. et salomoni munera ad stulticiā et dānatiōnē. vñ Bern. sup̄ cāri. Trahimur ad deum dū tribulationib⁹ exercemur. j. Thessa. iij. Nemo moueat in tribulationibus et.

¶ Quinta vtilitas tribulationis et. Si quis de tribulationes pperant: et accelerat viā eundi ad deū. iuxta dauidicam p̄p̄tiam. ps. xv. Multiplicat vultu infirmitate eorū: postea accelerauerūt. In hui⁹ figura legit⁹ Erōdi in multis capitulis: qm̄ egyptij coegerunt p̄p̄m israel exire de terra egypti. Per egyptos tribulationes designant: que bonos viros et iustos cogunt et cōpellūt exire de amore atq; affectione rerū tēporaliū: imo cogūt eos viā accelerare ad terrā p̄missionis. Narrat aristoteles. iij. lib. metaphy. q̄ vent⁹ aquilonaris est v̄tus diffusis nebulas et pluias et aerē facit clarū et bene lyrenū. Cui alludit illud Prouer. xv. Vent⁹ aquilo diffipat pluias. Ventus iste est asper et frigidus: et designat mūdi tribulationes: quia sicut vent⁹ ille purificat et dissoluit nebulas pctōz. et q̄ etiā iste v̄tus rect⁹ est: et ducit viā recta ad austrū: vbi de⁹ est. Ita tribulatio viā recta nos ducit ad deū nostrum sicut dicit Lp̄yostol. homel. x. super Matth. Ideo (inq̄t) deus subtrahit petitionē et tērationē: et cōcedit multos su peruenire (als lupinere) vrad illū continue fugiam⁹: cui⁹ sui libri cruciabit illū i tribulationē: et iter educet directū ad illū.

¶ Sexta vtilitas. Danf tribulationes vi ris iustis ad solutionē debitōz. Et q̄ sunt illa debita. Illa sunt q̄ debent h̄mōi p̄ne post p̄ritiōnē p̄ pctis mortalib⁹. qm̄ p̄ p̄ritiōnē p̄fessionē atq; sacerdot⁹ absolutionē / pena efna debita mortali pctō: mutat i t̄pale. et illa pena frequēter soluitur p̄ tribulationē. sic pr̄ de latrone electo q̄ p̄ eo q̄ libēter sustinuit dormētū crucis et patiēter: dimissa sunt ei debita ml̄ta. Cui de⁹ dirigere potuit v̄bū scriptū Apoc. iij. Scio opa tua: et laborē tuū: et patientiā tuā Ergo xpiana aīa sustine patiēter tribulationē p̄nē: q̄ soluit debita tua. Si qdē p̄ tali tribulationē: vbi ē patientia: de⁹ remittit debita multa. Et ipse de⁹ sic acceptat talē patientiā in tribulationē: q̄ nō solū remittit debita pctū: imo p̄seruat a debito p̄hendo iuxta dictū b̄i gregori. Multa iquit sunt corda in oētia: et p̄fectionē p̄derēt: nisi ea tribulationes p̄seruaret. Ergo tu aīa mea: q̄ te sentis mult⁹ debiti obligatā tribulatio si euenit: sustine patiēter. et tūc clama in corde tuo. Da mihi dñe auxiliuz de tribulatione. in ps. lix.

¶ Septima vtilitas et. Ipsa siquidē tr̄z

fo. 96. al. i. tribula vid totū folij

97. al. q.

nabuchodonosor

fo.
8
egyp̄tis / yeḡtō

quod m...
Dñica. I. post octa. epiphanie.

bulatio dilatat cor ad recipiendū donec sit aptū ad recipiendū dona plurima gratiarū. Sic recte aurifaber dilatat aurū pcutiēdo aurum cū martello: yr ex tali auro multipliciter pculso formet vas aptū artifici acceptū et gratū. Sic deus opifex omnīū artifex: oēm habēs sciētia: oēm habēs virtutē: corda fidelīū multis pculsionib⁹ et tribulationib⁹ dilatat: ac disponit: quatenus dona recipiāt ⁊ diuersa gna grarū. De qua dilatione in ps. Eū iuocare exaudiuit ⁊ c. in tribulatiōe dilatasti mihi. Su sine ergo xpiane sustētationes dei. Eccli. ij. Iste textus dupliciter exponitur.

Primo sic. sustine sustētationes dei: quia deus sustinet te.

Secundo sic. sustine sustentationes quas deus sustinuit in te.

Octaua vtilitas. in tribulatione cū patientia apparet frequēter consolatio ⁊ solatiū. Nepe tribulatio frequēter excludit terrena solatia: ⁊ cogit amare celestia. Est enī tribulatio sicut abstinētiū quo viri deuoti ⁊ spūales a mūdi cōsolatione separātur: ⁊ ad celestē trāsēunt toto corde: ⁊ dicūt sic. Bndict⁹ de⁹ ⁊ p̄ dñi nrī iesu xpi: p̄ misericordiarū ⁊ de⁹ tot⁹ cōsolationis: q̄ cōsolat nos in oī tribulatiōe nra. ij. Cor. j. His cōsolari i celo: cū patientia sustine tribulationes: si casu eueniāt. scriptū est. Per multas tribulationes op⁹ nos intrare i regnū dei. Act. xiiij. Et brī q̄ psecutionē patiuntur ppter iusticiā. Adat. v. Nos videmus q̄ alio mō naturalia peruēniūt ad finē sibi debitū. hoc est ad suū debitū incrementū: sicut sunt plāte ⁊ similia: qm̄ hoc faciunt p quietē dei. alio mō artificialia: vt sunt vestes dom⁹ diuitie ⁊ c. qm̄ p varios mot⁹. p varias actiones ad finē debitū pducuntur. Et moraliter est qm̄ finis nr̄ est brā vita ad quā puenissem⁹ sine labore: si adā in statu innocētie pmāsser. ergo peccatū est causa tribulationū. Augu. de psalmoz neccare. In toculari fructuosa psuara. vna in vinea pressurā nō sentit. itegra videt: s; nihil inde manet. Mittit i torculari: premis: calcas vna. sc̄tus es si conculceris: putas te nō habere tribulationes: nondum crepisti esse chpistianus.

Nonā vtilitas tribulatiōis est cū patientia mixta. Nepe tribulationes ponūt psonā tribulatā in memoria dei. S; quō qm̄ deus nihil obliuiscit: cū oīa p̄terita sint si

bi p̄sentia sicut p̄sentialiter existētia: Dic d; q̄ de⁹ nihil p̄or obliuiscit: s; interdū se h; ad modū hoīs q̄ obliuiscit. in quātum subtrahit auxiliū ⁊ cōsolationē ab hoīe. Et illi⁹ d; recordari: cui p̄bet auxiliū: ipm̄ a tribulationib⁹ ⁊ tētationib⁹ liberādo. si cui fuit recordat⁹ de⁹ de pplō tribulato i terra egypti: qm̄ dixit. Aldēs vidi afflictionē ppli mei ⁊ c. Exo. ij. imo tribulatio redit chariores orōnes fidelīū apud deū: et magis exaudibiles. An de⁹ nr̄ fortis ⁊ patientes nō cōsuevit repellere orōnē psonē tribulate: imo exaudire. sicut ps de Jona p̄pheta: q̄ ait. Clamauit ad dñm de tribulatione mea. Jone. ij. fuit exaudit⁹. Itē datur uid in ps. cxix. Ad dñm cū tribularer clamauit: ⁊ exaudiuit me. Et Aug. q̄ cōfirmat. Deus (inquit) in talibus excitat tribulationē tētationis: quaten⁹ excitent in tribulatione: ⁊ petant a deo illud q̄ vult eis cōferre. Ergo xpiane dice patienter sustinere adueria: ⁊ sustinēdo cogita de deo tuo: quaten⁹ vice perla cogit deus ⁊ res cordet de te. Et p̄dictis ergo apparet manifeste q̄ tribulatio cū patientia est dei recordatiōnū ⁊ orationū deuorātū exauditōriū. Eccli. ij. Misericors est de⁹: ⁊ i deo tribulatiōis cōmoroabit tui. Et Tobie. iij. Hoc pro certo habet oīs q̄ colit te: q̄ vita ei⁹ si in p̄batione fuerit: in tribulatiōe cōronabit. si in tribulatiōe fuerit: liberabit. et si in corruptione fuerit: ad mīam tuam venire licebit.

Decima vtilitas ⁊ c. qm̄ tribulatio cū patientia ē bonoz oīm p̄seruatoriū. sic corda amicorū sub tribulationē vbi ē patientia custodiūt bona aīe frequēter i aduersitate custodiunt. que i p̄spirare perdunt. Sic narrat br̄ūs Hieg. de rege salomone. Sapiētia iquit cor salomonis deseruit q̄ i illa disciplina nō custodiuit. deserere autē sapiētia cor ei⁹ nullū bonū gratuitū i eo remāsit. Altia vtilitas ⁊ c. Iste articulus ps p̄ illd. Qui diligit filiū assiduat sibi flagella. ḡ xpiane si a deo cupis diligi nos li odire tribulationes dei. hoc ē q̄ a deo patre i signis. sicut enī signū diuini amoris: vñ i h̄ mūdo saluator elegit turbari nō cōsolari nō p̄sperari. ḡ exēplo saluatoris esto te i tribulatiōe patientes. nā miles post victoriā coronat. cleric⁹ post examinationē cathedra: ⁊ xpianus post tribulationē in gloria exaltat. Eui⁹ glorie participes ⁊ c.

opar. col. i

mpar

compa

Dominica. s. post oct. epipha. Ser. ij.



Ecce initium si

gnoz iesu. Job. ij. ca. Si-
cut in themate aliquotiter
expumitur: dictū thema sic
ad propostū introducitur.

Actus virtualis meritis illustratus.
Status exēplaris regulis confirmatus.
Victus singularis pdignis conuallatus.
Ostendunt vitā mirabilē et insignem no-
stri incolatus.

In primo actus virtualis etc. Siquidē qñ
aliqñ operat magnalia opa: eius vita red-
dit mirabilia et insignis. quapropter sum-
mus opifex/creator: immensus/ ex creatu-
ris pductis/opator: mirabilis predicat.
Ipse em̄ oia q̄cūq̄ voluit fecit: in celo et
in terra i mari et iob̄ abyssis. ps. cxxiij.
Cuius sapientie non est numerus. ps. cxlv.
Cui⁹ magnitudinis nō est finis. ps. cxliij.
Ipse em̄ fec magna et inscrutabilia: et mi-
rabilia absq̄ nūero. Job. v. Qui fecit ma-
gnalia i egypto: mirabilia in terra cham:
terribilia i mari rubio. ps. cv. Fecit mira-
bilia magna sol⁹. fecit celos in intellectu.
fecit luminaria magna. ps. cxxxv. Sicut
moyses magnificat⁹ est in egypto coram
pharaone propter signa q̄ fecit. Exod. iij.
Sicut helias amplificatus est in mirabi-
libus: p̄pterea qui in vita sua fecit mon-
stra: et in morte opatus est mirabilia. Ec-
clesiastic. cap. xlvij.

Secundū principale status exēplari⁹ etc.
Siquidē stat⁹ viroz illoz reputat⁹ mirabilis
et insignis: in qb⁹ viuēdi regula modus et
forma habuerūt initū. sicut narrat br̄s
August. lib. confes. de victorino: qui pro-
pter actus insignes excelis preconis col-
laudat⁹: ad quē imitandū tanq̄ exēplare
initū Augusti. multū exarsit: et accusans
sepsim: fremens sp̄i: grauit̄ sustinendo.
Siquidē charitas iesu xpi vulnerauerat
cor: br̄i Augustini: et gestabat i visceribus
vba victorini: qñ sagittas acutas: et exem-
pla seruoꝝ dei: q̄ de mortuis viuos fece-
rat. Tanq̄ carbonēs vastatoꝝ mouēt i
sup corda hoīm mūdanoꝝ exēpla sc̄toꝝ
viroꝝ: p̄fertis antiquoꝝ. Immo dic̄ br̄s
Bregio. q̄ ad amorē celestis p̄rie: pl⁹ mo-
uent exēpla q̄ vba. Ob hanc rē solon vn⁹
de septē sapientib⁹ p̄conizat⁹ celestis apud
grecos: p̄ferrim⁹ q̄ p̄mus atheniēsisibus

dedit leges p̄clarissimas. Itē status iesu
xpi super oēs reputat⁹ famosus: q̄ ei⁹ vi-
ta et actio n̄ra d̄: fuisse instructio. sicut d̄
cit apls. Et post xpm̄ status aploꝝ: qui fa-
ciebant prodigia et signa magna in ple-
be. Actū. v. cap.

Tertū principale introductū etc. Siquidē
de vite nouitas: vict⁹ austeritas: operum
singularitas: cū signis et pdignis. et p̄ rā-
to reddūt virū splēdidū et famosum. sic p̄
de iohāne bapt. de sanctis aplis. de anas-
choretis p̄ferrim⁹ de br̄o antonio: de quo
narrat Eugeni⁹. Cū em̄ (inq̄t) oēs mira-
rent antonii p̄stantiā duritioꝝ vite: seips⁹
astrigere voluit quali vite in die sic vigila-
re: in tantū paties erat: vt credulitate vi-
rib⁹ vinceret. p̄uocabat (vel pernoctas-
bat) in orōne tā crebra et assidua latissis-
me: q̄ frequēt̄ totā noctē in orōne. ede-
bat semel in die post solis occasum. inter-
dū etiā per biduū et tridū sustinebat esu-
riem: et quarta die reficiebat pane sermē
stū cū sale: sumebat i potū aqua et paulu-
lū de vino et carnib⁹. meli⁹ tacere q̄ aliqd̄
dicere. De isto sc̄to Antonio d̄: illud. Vic
homo multa signa facit. Job. ij.

Signa sunt grauida.

Vestis aspera.

Libus tenuis.

Amarus potus.

Aqua breuiter.

Lubiculū nuda humus:

Dabitatio heremus.

Et nos regulares qd̄ facim⁹? p̄ disciplina
crapula tualuit carnis castigatio q̄ assum-
pta nō est: nō est in nob. i carne indomi-
ta fec̄ pctā varia pullulare. Vic hō anto-
ni⁹ multa signa facit. nōne confundunt.
nōne cōponunt. Ne q̄ nihil facim⁹. ostē-
dimus colorē rubicandū. ventrē p̄tensuz
habitum curiosum. Non sc̄: nō sc̄. sed fa-
ciamus h̄m exemplar qd̄ nobis in monte
monstrat⁹ est. Exod. xxv.

Scandala recolligantur.

Superflua resercentur.

Diminuta resarciantur.

Deteriora emendentur.

Obscura clarificentur.

Dissoluta reficiantur.

Deformia reformentur.

Obligua rectificentur.

Xps dicat. Exēplū dedi vob⁹: vt quēdamo-
dū ego feci: ita et vos faciatis. Job. xij.

*hic homo. e.
thema ad f̄dicandū
et aliq̄ st̄. in d̄ d̄
p̄napio sol⁹*

*opa
f*

Dñica. I. post octa. epiphanie.

Inter signa que fecit saluator: primum manifestū: de quo in themate: fecit initium signorū iesus. Abi tria ostendunt hic phier. Primo virtuale exercitū singulariter de Secūdo exemplare peccorū (mōstratum. nūā regulis inchoatum. Tertio extollēsa stigmū p. digijs illustratū Voc fecit initium iesus.

Pars secunda.

Quantum ad secundū:

quonia de illo est profrequentia: aduertē dum q̄ multiplex reperit initium: v̄pore Initium dolo: osum & lamentabile. Initium periculosum atq; culpabile. Initium deuotum atq; laudabile. Initium sustentationis vite corporalis. Initium bñdictionis grē spūalis. Initium profectionis creature mādialis.

Q Primum initium &c. de isto Sap. viij. Ego na p̄ncepi: cōez aerē: & i filr factā decidi terrā: et prīmā vocē simlē oib; emisi plorās. In tuolumētū nutritū sū: & magnis curis. Nemo ex regib; habuit aliud natiuitatis initium. Ego (in q̄ salomon) nat; ad penā: ad labore: dolore: timore: ad mortē: accēpi cōem aerē. Pauper nudus natus suz, nihil quippe portauit mecum mibi: nisi q̄ respirare possem. In hoc qdē cōmune est oib; & hūris aialib; nō ego aerē creauit: sed bñ ad respirandū cōem accepit: et decidi in factā terrā. q. di. nat; sum desitit; oī v̄tute. nō em̄ veni in mādū qū nat; suz ābulando eq̄tando nec nauigando. Et q; sine v̄tute decidi in factā terrā: & primam vocē &c. Prima vox mei incolat; flet; plo rarus: & luc; Qdēs nascimur v̄lūdō: q; sicut dicit Innoē. de viti. cō. hu. Qdēs dicūt e. vel a. quorquor nascunt; ex eua. Narrat brās flag. q; qdā pbi antiq̄t; flebāt i natiuitate puerorū: & gaudebāt i morte ipso rā s̄ solitū mortē. In hui; signū xps fleuit qū debuit resuscitare lazari; de morte ad vitā istā miserā. Narrat valeri; de institutis antiq̄s q; thyaete natio sibi sapientie laudē v̄dicauit: q; naturales hoim flebiles ereq̄s celebrat; v̄tē aditōis habirū agnosces. Nemo ex regib; &c. qū di. notabil; valde: q; quātūcūq; fulgeant: omnia mētis vestrū: vel armoz obseq̄: et monumēto fortū: nemo ex reb; vel q̄buscūq; alijs: habuit aliud natiuitat; initium. An Bern. in qdā sermone. Braue iugū super oēs filios adē: & die exit; de ventre mris

sue vsq; ad diē sepulture ei;. In foetidib; generamur: in tenebus cōsouemur: in doloribus parturimur: ante eūā miseram? matres: i exitu more viperino la ceram? v̄terā: mirū q; nō ipsi pariter lace ramur. primā vocē lachrymationis ediz mus: v̄pore vallem plorationis ingressi. Istud idē initium cōsiderās idem Bern. in suis meditationib; ita inquit. Quid sup; bis puluis & cinis: cui; conceptus culpa nasci miseria: vita pena: mori angustia?

Q Secundū initium &c. De initio culpabili Job. iij. Supbia nūq; i tuo sensu aut in tuo s̄bo dñari p̄mittas. In ipsa em̄ itū sumpsit oīs p̄ditio. Nā petri angeli sup; bia: & fleuit. Itē primo supbia ad aīas ingredif: & v̄tū cessat ab ei; i pugnatōe v̄n glo. sup illud. ps. viij. Si mei nō fue. dñari &c. Abi initium supbie v̄tū est i re deūtib; ad deū: et primū in recedentib; a deo: et sic initium. Supbia est primogeniū pharaonis: p̄ quā a morte filij israel libe rant. v̄n metrificatoz. Tūc bene pugnat; cū cuncta subacta putatis. Qui p̄m; infestat v̄tūcedi supbia restat. De isto v̄tū lo charius de v̄n p̄ditōe. O supbia cictis iportabilis: oib; odiosa: iter oīa vitia sp̄ es prima: temp; est v̄tū. Nā oē petri; te accedēte cōmittit;: te recedēte dimittit. scriptū est. Initium oīs peccī primogenita mors. de isto v̄tū Eccl. x. Odibilis corā deo et hoib; supbia. Initium superbie ho minis: apostatate a deo.

Q Tertū initium &c. De isto initio habetur Eccl. s. Initium sapientie timor dñi. Sed cū timor sit in multiplici differētia: q̄rit q̄lis timor est initium sapientie: Rñ. nō timor: ser uilis: q̄m talis timor dissimulat; dicitatem. nec timor: initialis: q̄m talis solū ichoat charitatē. nec timor: naturalis: cū nō hā; beat meritū: nec demeritū. nec timor: hū nus: q̄m talis timor: p̄tūat; letitiatē. S; timor: filialis. talis timor: h; auerā chari tatē. p̄ talē timor: declinat; homo a malo Prover. xv. cui; offitū est sp̄ declinare diuina offensam p̄pter amorē dei. Itē timor dei nō solū est initium sapientie: imo radix sapientie timor dñi. Eccl. ij. de isto v̄tū in ps. cx. Gern; et terribile no. ei; &c. Qui al ludit Bern. Initium sapientie timor dñi. q; tūc de; p̄mo aīas sapit: q̄ officit ad timē dā. timor dñi i caput opari oī mūā plenis rudine: dñ; p̄ mūā referet maior: per pu dētū nō credit se sibi sēperādā refugit. di

ut sup; p̄ iustitias

supbia

timor

scerneret: p fortitudinē totū se obedientie
 subdit. Hic timor dñi nō solū initiū sapiē
 timo est initiū etiam charitatē ⁊ amicitie
 iux illud Ecclī. xxy. Timor dñi itē dīle
 ctōis est. Et sic timor vñ tribz virtutibz in
 digere: fide spe ⁊ charitate. Timor sine fi
 de nō dat: nec sine spe mēa sperat: nec si
 ne charitate tenebra illustrat. De primo
 Ecclī. ij. Qui timet dñz credit illi: ⁊ non
 euacuabit merces vñ. Hic sine spe nō va
 let timor. nec eoduerso. nec sine charitate
 tenebra illustrat. Crēpluz ad b narrat in
 vitaspātrā. Abbas iacob. sic (in q̄) lucer
 na obscurū cubiculū illuminat: ita timor
 dñi si veniat in cor: ipsū illuminat: et do
 cet ipsum virtutibus ⁊ mandatis.

¶ Quartū initiū ⁊c. De isto Ecclī. xxy. In
 tiū vire hoīs/pantis ⁊ aq̄ et vestimentū et
 domo: ptegēs turpitudinē. Vnic sine allu
 dit Boet? lib. ij. de pio. metro. v. Felix ni
 miū prior eras. Eōdēra fidelibz aruit. Si
 qdē poere antiq̄: q̄tuor etates posuerūt
 sub similitudine q̄tuor metalloy. In p̄ma
 hoies more sculto vitā cū innocētis trāse
 gerūt: ⁊ istā vocauerūt aureā sub saturno
 Scōbz vocauerūt argenteā sub ioue: in q̄
 hoies ceperunt edificare domos: ⁊ cole
 re terrā. Tertīa vocauerūt creā: et quar
 tam ferreā. harū etiā meminit Ouid. i. s.
 meramorph. alibi p̄ extēsum declarauit
 De p̄ma est b satis sermo: in q̄ hoies cōe
 debāt fructū arborū: bibebāt aq̄s fontiu:
 dormiebāt in pratis: ⁊ vtebant p̄ vestibz
 naturalē coloratū. Et illo tpe ignorabāt
 tūcturas p̄anoz: mixturas liq̄oz. dolo
 sitates mercatorū: v̄silitates aduocatoz.
 Nō erāt vitatū: nō erāt bella. Trinā (quit
 boet?) modo nra rediret. In moēs tpa
 p̄leo. Qu nō ē nōcra sic rā: qm̄ regnat
 ardor cupiditatē. nō exponūt se boies p̄
 cultis ⁊ laboribz. Deu (in q̄ Boet.) p̄m
 q̄s sunt ille: Auri q̄ p̄dēra tectū. Demas
 q̄ lacere volētes: p̄ciōsa picula fodit.

¶ Quintū initiū ⁊c. De q̄ in ps. cij. In itio
 su do. ter. fun. Moralē p̄ istā terrā p̄t in
 telligi m̄r dei: quā fundauit et fecit illi
 mus. Ad initio et añ sēla creata sum: per
 erenā p̄destinationē. Ecclī. xxyij. Sicut
 em̄ eua mater p̄ma fuit initiū nre perdi
 tionis: sic maria fuit initiū nre saluatio
 nis. Eua initiū inobediētie. Ecclī. xxy. ca.
 A muliere initiū factū est peccatē p̄ illam
 oēs mortui. De maria virgine nre nra
 h̄r Prouer. viij. vbi loq̄t ipa. Dñs posse

dit me in initio viāz suāz: anteq̄ q̄c̄q̄ fa
 cere a principio. De isto initio loq̄tur. b.
 Amb. sup lucā. Nō mirū si deus redēptur?
 mādā opationē suā inchoat in maria:
 p̄ quā salus hoīm sperabat. Istud initiū
 est de? siue principū sine principio ⁊ sine
 fine: iuxta dictū apli Job. Apoc. vlt. Ego
 sum alpha ⁊. o. p̄m ⁊ nouissimū: p̄ncipiū
 et finis. Alpha est p̄ma littera i alphabe
 to hebreoz: in quo desiḡatur mysteriū sc̄e
 trinitatē. sunt em̄ ibi tres linee: faciūt sim
 plicē litterā: vt apparet. et est in mysterio
 sc̄issime trinitatē. vt poie p̄fōnāz plurif
 catio: qm̄ tres p̄fōne diuine. est ibi idēssim
 catio: qm̄ tres p̄fōne sunt vna simplicissimā
 ma natura. Si q̄ saluator: loquit vt de?:
 dicēs. Ego sū alpha et. o. iste est intellectus.
 Ego sū de? trin? et vn?. Si loquat vt hō
 iste est sensus. ⁊ ego sū hō triplē subitā
 tie. qm̄ in xpo fuit caro mūdā: aīa nouā:
 deitas sancta. O est littera simplicissima
 infinita circularis sine p̄ncipio: sine fine:
 q̄lis est diuina natura. De? est principūz
 oīm rerū sine principio vbi ab eterno est.
 In principio erat v̄bā. oīa per ipm̄ facta
 sunt. Job. i. ⁊ in euāgel. Jo. viij. Ego p̄n
 cipiū qui et loquor vobis. Est etiā de? s̄i
 nis sine fine: i quo oīa creata. i quē oīa re
 ducunt. oīa quiescūt. Euz quēris ⁊c.

¶ Dñica p̄ma post oct. epipha. Ser. iij.
Optie facte sūt
 Job. ij. Prouit docet erpe
 riētia: ⁊ idem p̄bat sc̄toz
 inīa ad hoc q̄ nuptie sūt
 tria requirunt: et q̄ p̄edi
 eta tria concurrūt: n̄c nuptie facte sunt.
 Primo voluntariū v̄riusq̄z partis cōsens
 sue atq̄z promissio.
 Secūdo p̄ v̄ba de presenti confirmatio.
 Tertio cōiugalī societati honesta p̄uer
 primū p̄z. nā in m̄rimonio res factio.
 quiritur v̄riusq̄z p̄tis. i. maris et femine
 cōsensensus. ita habet. ff. de ritu. nup. l. ij.
 vbi dicit sic lex. Nuptie cōsistere non pōt
 sunt nisi consentiant omnes.
 Sc̄dm̄ etiā p̄z. q̄ requir̄ istū p̄firmatio
 p̄ v̄ba de p̄nti. Ita ponit hoc maḡ inīaz
 in. iij. lib. di. xxyij. vbi sic dicit. Causa ma
 trimoniū est p̄sens: nō q̄libet: sed p̄ v̄ba
 exp̄ressus. nec de futuro: sed de presenti.
 Tertū p̄z q̄ requir̄ maris et femie cōiū
 etio indiuiduā vite p̄iuetudinē v̄tinēz.
 Apparet igit q̄ p̄dicta regula est vera.



ego sum alpha ⁊

*2. concurrunt
 in nuptiā - 7
 sunt in concurre*

*bia
 02
 9.
 ca. 108.*

Dñica. I. post octa. epiphanie.

¶ Modo predicta nostro proposito applicando, iste tres conditiones fuerunt quādo filius dei humanā naturā assumpsit. Primo fuit ibi promissio cum consensu sequente.

Secundo fuit ibi confirmatio per verba de presenti.

Tertio fuit ibi honesta cōuersatio inseparabilitate concurrente.

¶ Primum patet Osee. ij. Spōsabo te mihi in fide. Scōm patet; q: tūc fuit confirmatum per verba de presenti: quando angelo beata virgo respondit. Ecce ancilla dñi fiat mihi s̄m verbum tuū. Tertium patet; q: diuina natura non est separata ab humana: immo etiam in morte diuinitas erat coniuncta carni in sepulcro: et anime in inferno. ideo d: Mat. vlti. Ecce ego vobiscum sum oibus diebus vsq: ad cōsummationem seculi. Ex antedictis igitur. scz ex maiori et minori cōcludatur sic. igitur quando filius dei naturā humanā assumpsit: tunc nuptie facte sunt. que fuerūt verba thēmatica. In quibus quidem verbis duo tanguntur.

Primo qualis debet esse status matrimonialis: et q: sapienter debet assumi: si bene debeat terminari. nuptie.

Secōdo q: postq: matrimonium factū est et cōsummātū: nō potest separari: neq: cōgrue retractari. facte sunt.

Atraq: pars.

¶ Quātum ad primum

et scōm est sciendū: q: q: nuptie a deo sint institute: et a xpo approbate: tamē nō potest matrimonium contrahi sicut exprimit sine speciali prouidentia dei et gratia: et ideo accedens ad nuptias / ser per ordinem debet seruare circa vxorē ducendam. Primo debet eā bene cognoscere: et sic eligere propter bonitatem.

Secundo non debet eam ducere propter diuitias: neq: formositatem.

Tertio debet eam seruare et custodire valde sapienter.

Quarto debet eam amare et sustinere decenter.

Quinto debet eam castigare et corrigere laenter.

Sexto debet eam gubernare et regere ciuuliter.

¶ Primo dixi q: debet eam cognoscere et

eligere q: sit bona cū magna deliberatione: et non subito: nec precipitanter rapida. q: tales qui sic faciunt: frequēter inueniunt se deceptos. Exemplū habetur Gen. xxiij. de sichen filio emor: qui ad primū aspectum dñe filie iacob: eam rapuit: et mori voluit: nisi eā ducere posset. quod et fecit in tāto seruoze: q: p̄ eius amore se et populum suū torā circūcidi promisit. Ob cuius facti precipitationē interfectus est cum populo suo per fratres dñe. Non est ergo subito eligēda: sed cum deliberatione certificando se prius vtrum sit bona et honesta vel non. Et satis tradidit nobis modū cognoscendi eā Ehyf. sup Mat. dicēs: q: ille qui vult vxorem accipere: debet considerare si habet ambos parentes bonos vel ambos malos. vel vnū bonum et alterū malū. Si ambo sunt boni: secus eā accipiat. si autē mali: omnino dimittat. si vno alter bonus et alter malus: quid facturus sit. Veruntamen si pater est bonus: et mater mala: magis conuenit time re. si vno e contrario minus. Et ratio est: q: puella magis cōsueuerunt conuersari cum matribus q: cū patribus. Unde dicit quidā verficatoz. Mater venalis docet vt sit filia talis. et sequitur leuiter filia matris iter. Ecce vxor: quiter est cognoscēda.

¶ Secōdo dixi q: quilibet debet eam ducere nō propter diuitias: nec ppter pulchritudinē: sed solū propter bonitatem: q: d: Eccli. ix. Propter speciem mulieris multū perierunt. Querit aureolus p̄hs vt refert Hiero. contra Iouinianū lib. j. si vir sapiens debeat vxorē pulchram aut turpē ducere. Et respondet. Pulchra facile adamat: tur: feda facile contēnitur. Difficile est custodire quā oēs amant. molestū est possidere quā nemo dignat habere. minoritas men miseria deformis habetur q: formosā seruatur. hec ille. Unde dicūt doctores quare filij seth recesserunt a dño: et quare diluū inūdiāuit: causa precipua fuit pulchritudo mulierum: vt d: Gen. vi. cum cepissent hoies multiplicari super terrā: et filios procreassent: vidētes filij dei filias hoīm. i. filij seth filias cayn q: essent pulchre: acceperūt sibi vxores quas elegerāt. Non est etiam ducenda vxor propter diuitias. Ita dicit Ehyf. super Mat. Tu iuuenis qñ vxorē ducere vis: noli querere diuitē: sed bene morigeratā: q: boni mos

6. additiones debet hēre hō circa vxorem

res frequēter diuitias acquirunt: diuitie autē nūq̄ bonas mores fecerunt. et glorioſior eſt paupertas fidelium: q̄ diuitie peccatorū. hec ille. Interrogauit quidā Themiſtidē p̄bm: cuius libentius ſilia ſua traderet in vxorē: an pauperi ſed ſciētia et moribus orator: an locupletis parū p̄bato? Et r̄ndit. Malo inquit hominē pecunia indigentē: q̄ pecunia indigentem viro. Querit etiā Aureolus p̄bs qd̄ ſit melius: an ducere vxorē pauperē an diuitē? Et r̄ndit. pauperē inquit alere difficile eſt: diuitē ferre tormentū. Et quis non determinet quid ſit melius: Salomon tñ determinat qd̄ dicit Prover. xij. Melius eſt ducere vxorem pauperē et pacificā q̄ diuitē et litigioſam. Sapiētes autē reſpiciūt in vxore ad ſapiētiam ei⁹: ſciētes illud Prover. xiiij. Sapiēs mulier edificat domū ſuā: inſipiens extructā manib⁹ destruit. Reſpiciunt etiam ad bonitatē eius: qd̄ dicit Eccl. xxvj. Mulieris bone beatus eſt vir.

¶ Tertio dixi qd̄ d̄ ea ſapiēter et diligēter cuſtodire. Nuptie em̄ ſunt plene timorib⁹ et hoc precipue quoad viros: q̄ intantū timēt de vxorib⁹: q̄ quedā ſecta fuit iudeorū: qd̄ dicebant eſſe: qd̄ vxores ducere nōlebāt: putātes nullā mulierē viro ſuo fidem ſeruare. Id̄ dicit aureolus p̄bs cui⁹ verba recitat Hiero. cōtra Iouinianū. Si intro miſeris iquit viros aliquos vel artifices: periculū pudicitie eſt. ſi p̄hibueris ſuſpitiones ſuſcitas et iniurias. Verū qd̄ p̄deſt etiā diligēs vxoris cuſtodia: cū vxor ſeruari etiam impudica nō poſſit: pudicā nō liceat. ſed illa vera pudica eſt cui liceat peccare: ſed nō licet. Et quod patet qd̄ vxor pudica etiā probata nō indiget cuſtodia. An̄ narrat Aug. in li. ſ. de ciui. dei. c. xix. de Lucretia: quā tarquinus ſupbus filius regis romanorū violauit: quā cū vir ſlentē inueniſſet: et ea ſalutaſſet: r̄ndit. Quid ſalutis eſt mulieris amiſſa pudicitia. verū tñ corp⁹ eſt violatū: anim⁹ nō. Et ne vlla impudica erē plo Lucretie viuat: cultellū arripuit et ſe inſerſit. Tales igit qd̄ ſic habebāt p̄poſitū caſtitaris cuſtodie nō erāt: ille v̄o qd̄ ſuſpecte ſunt: et impudice oīno nō p̄nt cuſtomenta p̄nt opponi. vñ Eccl. xxvj. In filia nō aduertete ſe: firma cuſtodiam: ne inuēta occaſione abutatur ſe.

¶ Quarto debet eam amare et ſuſtinere cō-

plete: qd̄ vt dicit p̄bs. viij. Eſth. c. xij. qd̄ vt ri et vxoris amicitia d̄: ſm̄ naturā exiſtere. Iſta amicitia: que d̄ eſſe inter virū et vxorē: apls meſſurat dupliciter.

Primo per dilectionē dei ad eccleſiam? Secūdo p̄ dilectionē viri ad corpus p̄p̄iū. Dicit apls ad Epheſ. v. Viri diligite vxores v̄ras ſicut et x̄ps dilexit eccleſia: et ſeipſum tradidit pro ea. De ſcdo ibidē. Unus quiſq̄ vxorē ſuā ſicut ſeipm̄ diligat. Talis erat antiquitus inter cōiuges amor: put narrat Valer⁹ li. iij. c. v. de cuſtacio: qd̄ au dita vxoris morte: pectus ſuū gladio percuffit. Etiā ibidē narrat de iulia filia ceſaris vxore p̄p̄ei magni. cū vidiffet veſtem eius cruore aſperſam: territa meru: nō eēt ab aliquo vulneratus: eranimis concidit: et partū quē in vtero cōceptū habebat: ei⁹ cere graui dolore corporis coacta ē. Tñ ca uēdus eſt amor: nīm⁹ et inordinat⁹: qd̄ vt dicit Seneca. amor ſoune mulieris ratiois obliuio eſt: et inſanie eſt primus: et turbat conſilia: altos et generoſos ſpiritus frangit. hec ille.

¶ Quinto d̄ ea corrigere ſecrete: nō cū cōfuſione vel verecūdia publice vel cōtēptibiliter arguendo. vñ Harro. in quadā ep̄iſtola. Vitii cōiugis aut tollēdū aut ferendū. qui tollit cōmodiorē cōiugē efficit. qui fert ſeipm̄ efficit meliorē. Et id̄ merito arguēda fuit ſeuera auſteritas trium vxorū: de q̄b⁹ narrat Valer⁹ li. vj. c. iij. quorū primus vocabat̄ Sulpiti⁹ gallus. hic publice vxorē repudiavit: qd̄ in publicū p̄derat diſcooperto capite. Scds vocabat̄ Sempronius ſophus. hic ſimiliter vxorē repudiavit: qd̄ in publicum auſa eſt ludus ſpectare ipſo ignoſcēte. Tertius dicebat̄ Egna tius metellus. hic vxorē p̄ eo qd̄ vini bibiſſet fuſte p̄cuſſam inuenerit. Nō ſic fecit ſctūs iob: qd̄ vxorē licet peſſimā: arguebat: ſz ſecrete et modeſte. di. Quasi vna de ſtultis mulieribus locuta es. Job. ij. c. Nō dicit qd̄ fuerit ſtulta: ſed quaſi vna de ſtultis mulieribus loquebatur. Modū etiam caſtigandi vxorē tradidit Ehyſ. ſup. Mat. di. Tribus (inquit) modis vxor male morigerata caſtigari d̄. Primo timorē domini docēdo. Si autē timorē dei nō ſentit: improporandū vel vt hoīes erubeſcat. ſi autē nec pudorem ſentit frequēter conſulſa: ſciat illi quod precepit Salomō di. Eorū dū rū in baculo percutit. Primo ergo inquit

Dñica. I. post octa. epiphanie.

Eph. admonet: q; sepe proficit doctrina iusticie: Deinde in pfusione: q; frequēter pudor frenū est vitioꝝ. Tertio iustū est vt castigetur tāq̄ ancilla: que erubescere nescit vt libera.

Sermo 7 vltimo regenda est vxor curialiter. nō cum auferitate: sed māsuete: 7 verbis nō verberibus: amore nō timore. Nā inter cōiuges nō debet esse dñū: sic q̄ vnū recipiat bona tēporalia: 7 alteri nō impartiat: sed debēt inter eos oīa esse cōia. q; si cut diē p̄hs. ij. Economicē. c. iij. vxor tāq̄ socia filioꝝ et vite ad viri dñū puenit. et per p̄ns etiā vt sit socia bonoꝝ. nec d; esse inter eos discordia: aut iurgū. Vñ narrat Valerij lib. ij. c. j. q̄ antiquitus quotiens cōiug; inter virū 7 vxorē iurgū insurgēbat: in sacellū. i. in tēplum paruum: qd̄ erat romē: in quo dea viriplaca colebatur veniebāt: et ibi inuicē locuti: que voluerant: cōtētionē animoꝝ deposita concordēs reuertebantur. Dea nomē hoc a placādis viris affecuta fertur: q; in domo eius placabantur viri 7 vxores: et inde concordēs (vt dicitur) ad domū reuertebantur. Et hoc dicit satis p̄hs. iij. Economicē. c. iij. Si qd̄ per ignorantā vxorē deliquit: moneat eā vir: nec metū incutiāt sine pudore et verecūdia: nec etiā sit negligens: aut seuerus. sc; in corrigēdo. et sic debēt esse equales 7 in pace. vñ ap̄lus ad Colos. ij. Viri diligite vxores vestras: et nolite amari esse ad illas. Unde i h̄mōi figurā legitur Gen. ij. q̄ formata fuit mulier nō de capite hoīs: nec de pede: sed de costa: 7 assumpta de latere: in signū q̄ nec debet esse dñs: nec ancilla: sc; sociā viri: sicut notat magister sen. li. ij. di. xvij. et tale regimen cū concordia est. Tria em̄ sunt in quibus dicit spiritalis sibi beneplacitū esse. Eccl. xxv. In tribus placitū est sp̄i meo: que sunt probata coram deo et hoīb; Concordia fratru: et amor proximoz: et vir et mulier sibi bene consentientes. Nā in talibus spiritalis sanctus habitat hic per gratiā: et in futuro per gloriā. Amen.

Sermon. I. post octa. epiph. Sermo. iij.



Quocūq; dixerit vobis facite. Johā. ij. 7 in euangelio hodie. Duo sunt dicenda. scilicet Historia euangelicalis.

Et aliqua instructio spiritualis.

Dico primo iuxta scdm. nota q̄ dulcissima mī xpi: que semp̄ cōsuevit esse breuiloqua: inter pauca que locuta est nobis dī suadēdo preuaricationis excessum: et per suadēdo obediētē effectū: dixit verba ista matris preassumpti. In quibus verba ista luberrimē cōsiliū oīb; hoīb; q; habent ministrare in nuptijs sp̄ualib; verbi dei 7 nature assumpte: seu xpi 7 ecclie: seu xpi 7 aīe deuote: x̄go mater saluatoris breuiter tria tangit. videly

Primo de suo filio q̄ est magne autoritatis: q; dixit. dixerit.

Secundo de xpo obedientibus q̄ debēt intere operari: q; dixit. quocūq;.

Tertio de integre operantib; q̄ debēt hūmiliter sentire: q; dixit. facite.

Prima pars.

In iuxta primū nota q̄ summa est autoritas in precipiēte: quam probat verbum potestatiū. dixerit. Non enim oportet q̄ christus aliud faciat: sed q̄ dicat. Sermo enim eius potestate plenus est. Ecclesiastes. viij. et de eo dicitur Mar. j. q̄ loquebatur 7 erat docēs tanq̄ potestatem habens. propter quod dixit ei ille centurio Mar. viij. Domine tm̄ dic verbo: 7 sanabitur puer meꝝ. 7 in ps. xxxij. et. cxlvij. Ipse dixit et facta sunt. et alibi scilicet ps. xxxij. Verbo domini celi firmati sunt. Propter quod est humiliter exorā dus: q̄ ipse dicat q̄ lapides. i. corda nostra indurata ad audiendā vocē sermonis ei: panes fiat. i. suauia et mollia et prompta ad obediendā eius beneplacitū: sicut patet in secundo puncto.

Secunda pars.

Secundo principaliter dicebat q̄ mī xpi i pdictis verbis tēgebatur: q̄ summa d; eēt integritas in pficiēte: qd̄ pbat signū distributiū. qd̄ cūq; oīa em̄ q̄ xps dixit d; hō pficere nihil omittēdo. Nā Jaco. ij. Quicūq; totā legē seruauerit: offendat aut in vno facto: est omnīū reus. Debēt ergo viri boni dicere: qd̄ dixerūt filij isrl̄ Ero. xix. Cūcta que locutus est dñs: faciemꝝ. et ad hoc admonet ap̄ls ad Phil. iij. di. De cetero fratres quecūq; sunt vera: quecūq; iusta: quecūq; pudica: quecūq; sancta: quecūq; amabilia: q̄ cūq;

bone fame: hec cogitate: hec agite: et deus
 pacis erit vobiscum. Unde hic nota quod apostolus
 sex ferties ponit. quecumque in numerum
 sex hydrarum: de quibus agit euangelium ho-
 diernum. Ita quod primum quecumque referat ad
 credendum integram perfectionem. nam quecumque
 credit in ecclesia: vera sunt. nec fides sub
 est falso. id est Christus qui est primaveritas: dicit
 Job. vii. Si propter veritatem dico vobis:
 quare non creditis mihi. Secundum quecumque
 refert ad agendum perfectionem. multa enim
 sunt que creari et operari debent. Iustum enim
 est reddere deo obedientiam: esse sanctimo-
 niam: copiosam pietatem: et primis beneficentiam.
 et hoc est quod dicit psalmus. Iustus dominus et ius-
 tificatus dilexit. In his enim stat iusticia reg-
 num celorum de qua dicitur. Primum grite re-
 gnus dei etc. Tertium quecumque refert ad ho-
 nestam conversationem. multa enim sunt que requi-
 rit conversatio honesta: et omnia sunt pudica.
 videlicet honestas obedientia: in verbis: in gesti-
 bus: et in signis. Et hanc honestatem non ha-
 bent nisi illi qui possident illam sapientiam: que de-
 sursum est. Iacobus. in. que semper est pudica.
 Quartum quecumque refertur ad interioram
 affectionem. nam omnia quecumque sunt sancta. id est
 sine carne: et sine terra: et amore carnali: si-
 mudano. ab interiori sanctitate procedit ex-
 terior. nam ad Roma. xi. Si radix sancta: et
 rami. unde si cor hominis non est sanctum: exte-
 rior honestas non est vera: sed falsa. Leviticus.
 xix. Sancti estote: quia ego sanctus sum dominus de-
 us vester. Quintum quecumque refertur ad pro-
 ximorum realem subventionem. Multa enim
 sunt amabilia. id est amoris: quem homo debet
 habere ad proximum probatam: sicut sunt
 opera misericordiam corporalia et spiritualia. opera
 pietatis. Sextum quecumque potest referri
 ad odiosam opinionis diffusionem. nam
 bona fama secundum Augustinum ad Iulianum prodest
 proximis. ut habetur. in. Regum. x. et. ij. Pa-
 ralis. ix. Propter famam bonam: quam re-
 gina saba audivit de Salomone: venit de
 longinquo audire potentiam eius. Sic
 propter bonam famam sanctorum viro-
 rum multi trahuntur de longinquo peccatorum
 ad penitentiam salutarem. Igitur in no-
 bis: si volumus proficere matris consilium
 adimplendo: gratia dei opus est: quam si hu-
 militer petimus: dabit nobis Spiritus san-
 ctus: de quo dicitur Jobis. xiiij. Paracly-
 tus autem Spiritus sanctus: quem misert pa-

ter in nomine meo: ille vos docebit omnia:
 et suggeret vobis omnia quecumque de-
 xero vobis. Et si fecerimus que suggestit
 mater gloriosa: auctacter confidamus de
 his que scripta sunt Job. xiiij. Quecumque
 petieritis patrem in nomine meo: hoc faci-
 am. Et patet secundum.

Tertia pars:

Tertio principaliter di-

cebatur quod mater dei in predictis verbis
 tangebatur humilitatem: que debet esse in
 obedire: quod probat factum erectum:
 cum dicit facite. non enim sufficit domino di-
 centi respondere dicendo et loquendo: sed
 faciendo. In hoc enim seruit humilitas ve-
 ra comprobatur. sicut in figura Christus di-
 xit Matthei. vii. Non omnis qui dicit mi-
 hi domine domine intrabit in regnum ce-
 lozum: sed qui facit voluntatem patris mei
 qui in celis est: ipse intrabit in regnum ce-
 lozum. Unde est notandum quod iste nuptie
 in quibus ad litteram fuit Christus mater
 et discipuli eius ad approbandum carna-
 le coniugium: et hereticorum reprobanda
 commenta qui nuptias damnant: spiritua-
 les nuptias prefigurant: que sunt inter Chri-
 stum et militatem ecclesiam: seu Christum
 et animam sanctam. et in istis semper sunt
 maria mater iesu et discipuli eius: et si non
 personaliter: tamen virtualiter. scilicet impen-
 dendo orationis suffragium: et salutis con-
 filium. In istis nuptiis spiritualibus sic
 in illis carnalibus: deficit vinum. scilicet eter-
 ne beatitudinis: de quo potatur beati: et
 de quo dicit Christus Matthei. xxvi. Mat-
 thei. xiiij. et Lucie. xxi. Non bibam amodo de
 hoc genimine vitis usque in diem illum cum
 illud bibam vobiscum novum. In istis eti-
 am nuptiis fuerunt sex hydrice: que signifi-
 cant ista. scilicet virtutem intellectivam: virtutem
 affectivam: virtutem memorativam: virtutem
 sensitivam: virtutem interpretativam: et virtutem
 motivam siue operativam. Et quia homines viatores non
 sunt apti potare illud celeste. vinum: ideo
 piissima mater Christi sibi istum defectum
 indicans dicit. Vinum non habent. Et
 quia ipsa prudentissima mater scit quod nunquam
 illud vinum nobis dabitur: nisi prius pre-
De primo malo semine Dauid. iij. Semen chanaanet non iuda. De secundo Job. iij. Audi eos qui operant iniquitatem: et seminant dolores. De tertio Prover. vi. Sex sunt que odit dominus: et septimum detestatur anima eius. scilicet unus qui seminat inter fratres discordias.

Tertio articulo de herba viridi. hic primo queritur quid per herbam hic intelligitur? Respondetur. herba est tritico. Ubi sciendum quod in tritico seminato iste deus esse pessimus. primo seminatur: post moritur: deinde nascitur: post crescit in herba sicut dicitur in textu. vltimo facit fructum sicut hic. et fructum fecit centuplum.

Sic moraliter homo bonus et iustus crescit. Sicut herba per bonam virtutem.

adulo
fo. 98.

mye
si. multi

Florēt per affectū et bonā voluntatem.
Fructificat per bona opera.

De tali herba habet Ben. s. Serminet terra herbā virētē et faciēt fructū. Terra hō format de terra; pducit herbā qñ offēdit bonā vitā; et bonorū operū facit fructum.

¶ Quartus articulus. apparuerūt simul zizania. Tripl^r pōt intelligi iste ter. Prim^o intellect^o p zizania mali xpiani et pctōies intelligunt: qm̄ sunt mixti cū bonis i ista ecclia. sicut zizania cū tritico qñ est in herba; nec cognoscunt: nec discernūtur a bonis mali: nisi p opa exteriora. sicut iudas fuit i societate aploꝝ; nec fuit cognita malicia ei⁹ donec fecit op⁹ malū. Scda expositio. q p zizania intelligūtur heretici: q nō discernunt a catholicis: nisi dā incipiūt predicare: dogmatizare errores suos. vtz in pncipio se occultāt: et nō se manifestāt. de qb⁹ in euāgelio. A fructib⁹ eoz cognoscetis eos. Matt^h. vij. Tertia expositio i glo. q dicit: q hō spūalis deuor⁹ cito pct⁹ pit q sunt boni: q mali: qd credēdū: qd nō credēdū: quid verū: qd falsum. Nō sic hō mādanus carnalis et vanus: qui non pct pit ea que sunt dei.

¶ Quintus articulus pncipalis vbi d^r. Accedētis serui patrisfamilias etc. boni seminatoꝝ dei: creatōis: nūqñ ministri: et serui obedientes deo: custodes aiarū nostrarū: et interrogātes et dicētis. His im⁹ et coliginus ea? Abi sunt dubia p isto articulo. Primū an heretici intellecti p zizania: statim sint eradicādi vel occidēdi: Rñ deo q nō. et in signū hui⁹ dñs seminator nō p misit. imo phibuit q zizania nō eradicāret nisi ad rēp. et pōt assignari duplex rō. Prima ppter spē correctōis eozūdē. Ista est rō Diero. dicētis. daf hic loc⁹ pñte. potest em̄ esse q ille q hodie dānat⁹ est nora et culpa sui falsi dogmatis: cras respiscat et incipiat defendere veritatē. Nā iterdū mali futuri sunt boni: et q hodie sunt zizania cras erūt tritici. hodie heretici: cras boni catholici q cōuertent. Scda ratio: qm̄ iterdū heretici a catholicis nō bene discernunt: sicut tritici et zizania qñ sunt in herba. Nā sicut dicit brās Diero. aliqs leuiter nō debet iudicari hereticus. Sed finite ea crescere vsq⁹ ad messem. Messis est finis mūdi i hō Diero. in homel. Ratio pot⁹ esse: qm̄ illud quod seminant viri iusti in presenti vita: in fine mundi metent: et

recipiet. Verū q aliter semināt aliter metent. Nā qui semināt cū lachrymis i labore: metēt cū gaudio et sine merore. Et pōt crv. Qui seminant in lachrymis: in exultatione metēt. Et in tēpore messis dicam messorib⁹. hoc est angelis qui sunt messores hō Diero. quibus dices. colligite primū zizania. Et notāter dicit primū: q licz primū fiat discussio de bonis: primum tñ fiet executio de malis atq⁹ dānatis. Et potest esse ratio vt boni videāt executionē diuine iusticie: et de tali executione lerentur iuxta illud ps. lviij. Retabitur iustus cū viderit vindictā etc. Colligite ergo zizania et alligate ea in fasciculos ad cōburendum. Abi de pena damnatorū aliqua multiplicentur. vtpote

Separatio. colligite:

Alligatio. alligate.

Combustio. ad comburendum.

¶ Primū separatio. qñ separabit granū a palea. saluati a dānatis. separabūtur a visione dei: et a visione oim angeloz et oim sanctorū. Talis carētia visionis diuine vocatur a doctorib⁹ pena dāni. de qua Esa. xxxvj. Tollat impius ne videat gloria dei.

¶ Scdm̄ alligate ea in fasciculos ad cōburendū. Q de? qualis ligatio: quale fasciculi: qualis combustio. Ista tria erūt i pena sensus dānatoꝝ. ligatio: detentio: et incarcerationatio. dānati libēter fugerēt: sed nō poterāt: qm̄ ligati erūt in cōpedibus et mancis ferreis. Itē q sunt fasciculi: nisi pena rū diuersitas. videlz vermes et tenebre/flagella/frigus/et ignis/demonum aspectus/plāctus/plorat⁹ et ictus. Esa. xliij.

¶ Cōgregabunt impij pariter alligati in cōgregatiōe vnius fascis in lacū et claudent ibi i carcere. In istis fasciculis diuersitas penarū in inferno colligif. vnde dānati alligabūtur in fasciculis. ¶ Itē ibi combustio. vñ post finē mūdi corpora damnatoꝝ erūt denigrata torrida et cōbusta. Siqui dem ille ignis erit cōbures: nō lucens: res nebrofusano luminoso. ignis sulphure⁹: ignis fuliginosus: ignis fetidus: ignis inestimabilis et inextinguibilis. Ista⁹ partis vltime partis parabole/ pcessit figura. iij Reg. x. vbi legit q iehu rex misit nuncios suos: et cōgregauit oēs seruos baal in tēplo baal: vt sacrificiū sibi offerret: et essent in numero quadringenti: et iussit oēs trucidari per manus seruoꝝ suoz. Iehu iter

messores

B

sup^aFig^a

messis est

Dñica in septuagesima.

pretatur parcens pius: et designat christū qui est rex regū parcēs et misericors. Ido lū baal diabolus. et baal interpretatur de uozator. talis est diabolus qui deuorat: et duos bolos facit de hoīe. Per seruos ei⁹ intelligitur damnati: qui sibi seruiunt in vita presenti. Per nūcios iehu intelliguntur boni angeli: nūcij regis eterni: q̄ in fine mūdi mittētur p̄lyntuersum orbē: et cōgregabunt pulueres defunctorū: et separabūt malos de medio iustorū: et mittēt eos in caminum ignis. Et in numero quadringenti. numerus determinatus p̄ indererū minato. nā stultorū. i. dānatorū infinit⁹ est numerus. et sic in numero quater cētū: ad designandum q̄ quattuor partes erūt de numero dānatorū: qm̄ dānati offenderunt in vita deū: angelos: p̄ias beatas: et proximiū. Vel cōtra quattuor uirtutes peccauerūt. Contra iusticiā: qm̄ aliena nō restituerūt. cōtra tēperantiā: qm̄ tēporalē p̄speritatē in excessu dilexerūt. cōtra fortitudinē: q̄ in aduersitatibus paciētiā nō habuerūt. cōtra prudētiā: q̄ de morte modicū curauerūt. Sequitur vltima para euāgelij: vbi dī. Triticū autē tē. Ubi de beatitudine sanctorū tria ostenduntur.

Primo grata societas. congregate.

Secūdo eterna felicitas. triticum.

Tertio loci amenitas. in horreum.

¶ Primo grata societas. congregate. Quas

lis congregatio erit illa: qualis societas?

Congregabuntur enim

Sicut amici in conuiuio.

Sicut cardinales in consistorio.

Sicut religiosi in oratorio.

Sicut laborantes in dormitorio.

Sicut lapides in edificio.

Sicut chorde in psalterio.

Sicut flores in uiridario.

Sicut grana in horreo.

¶ Primo sicut amici tē. Apoc. xix. Venite

congregamini ad cenā agni tē. Secūdo tē.

in ps. xlix. Cōgregate illi sanctos ei⁹. Ter-

tio tē. p̄pter qd̄ in vnum estis cōgregati.

Quarto sicut laborātes. Osee. viij. Cōgre-

gabo eos et quiescent. Et apocal. xiiij. Res-

quiescant a laboribus suis. Quinto sicut

lapides. Isti lapides erunt viui collecti.

Ecll. xij. Qui edificat domū quasi colle-

cti lapides. Sexto sicut chorde. Ista cō-

gregatio laudabit deū in perpetuū. Osee

j. Cōgregabūtur filij iuda et filij israel pa-

riter. Septimo sicut flores tē. De isto tritico habet Bēn. xli. Tanta fuit abundantia tritici vt arene maris coequaret. et de signat multitudinē sanctorū et angelorū: q̄ cōparantur arene maris p̄pter numerositatem. In horreū gratie in hac vita: et in horreū glorie in alia vita. Cuius glorie tē.

¶ Dñica in septuagesima. Sermo. s.



Currere vt cō-

prehendatis. j. Corint. ix. Curso: fidelis/leuis bon⁹/expeditus in suo cursu tria considerat.

Primo modum expedientem. sc.

Secūdo viam conuenientem. currite.

Tertio actū attrahētē. vt cōprehendatis:

Vic apostolus in themate tria supradicta insinuat.

¶ Prima pars.

¶ Primo pponitur mo-

odus currēdi: cum dicit. sc. quasi dicat apostolus sic currite

Sic festinantes.

Sic obediētes.

Sic paciētes.

Festinare nō tardare. vigilare nō dormi-

re: vt sit diligētia nō negligentia. Iste mo-

odus in currendo est necessarius p̄pter bre-

uitatem t̄pis: de cuius breuitate loquitur

Job sui lib. ca. ix. Dies mei velociores fue-

runt cursoze. trāserūt quasi naues poma-

portātes. Nā nō est aliquis cursoz quātū:

cūq̄ agilis/leuis et expeditus: qui ita cur-

rat ad locum sibi destinātū: sicut nos oēs

currimus ad mortē. nā vita n̄ra nō est nisi

quidā cursus ad mortem. Cursoz qm̄ come-

dit: qm̄ dormit: qm̄ quiescit: nō currit: non

incedit. sed nos siue dormiam⁹: siue come-

damus semper currimus. semp̄ appropin-

quam⁹ ad mortē. ergo dies vite mee sunt

velociores cursoze. Ergo festinandum pro-

pter tempozia breuitatē. Ista breuitas si-

ue velocitas designat in cursu solis in ces-

lo. vnde scriptū est. Velox est cursus solis.

ij. Efdre. iij. (als. iij. Efdre. iij.) Sol i vi-

ginti quattuor horis ad motū firmamenti

currit: et mouetur ab oriente in occidentem.

Talis ē cursus noster a natiuitate vsq̄ ad

mortē: qualis est iste cursus solis. Siquis-

dem sol primo nascitur in oriente: et occi-

dit in occidente: et totum velociter et trās-

tonie. Item dies de hora currit et transit in horam. sicut de prima in tertiam: de tertia in sextam: de sexta in nonam: de nona in vespere: de vespere in noctem. talis est cursus vite mee. Prima est infantia. Tertia est adolescentia: quia tunc sol est in ascensu. Sexta iuuentus: quia tunc sol est in feruore suo et virtute. Nona senectus: quia tunc sol incipit descēdere ad occasum. Vesperum de crepitu. post venit nox que est mors ubi est obscuritas magna. De isto cursu habetur. Diere. xlvij. Subito currere faciā euz ad illā. s. mortē. Dies mei transferūt tanq̄ naues poma portantes. Odoz pomoz cito transferūt memoria vite hoīs. Nempe oīa transferunt tanq̄ ymbria.

¶ Secundus modus currendi obedierit. qualiter currunt boni viri religiosi. currūt inquam ad obseruanda p̄cepta cōsilia et statuta regule sue. De isto cursu habet Sal. v. Currebatis bene. Per viam mandatorum iuxta illud p̄ouerb. iij. Ducam te p̄ semitas equitatis: quas cū ingressus fueris non arctabuntur gressus tui. et currens non habebis offendiculum. Semite s̄m glo. sunt cōsilia. vtpote tria vota: per que incedunt et currūt viri religiosi. quas cum ingressus fueris: non arctabunt gressus tui. Sed nunquid talis semita consiliorum dicitur esse arcta: cū sit scriptū. Arcta est via que ducit ad vitam. Mat. vij. Respondeo arcta respectu vie mādatorū: vel respectu vie peccatorū: quia illa est multū lata. Mat. vij. vel arcta in ingressu: cū dilatatur in gressu. Currēt et nō laborabūt. Esa. xl. Et quando religiosus verus totaliter abiecit mundum carnem et propriam voluntatem: non habet quod offendat. et sic currens nō habebit offendiculum. vnde modus istius figuratur. s. Reg. ij. vocauit dominus samuelem: qui respondit. ecce ego. vbi notatur obedientia. et samuelem vocatus cucurrit ad heli.

¶ Tertius modus currendi est patienter currere. de qua patientia Debre. xij. Deponentres omne pondus: et circumstant nos peccatum. Qui portat magnum pondus: non potest bene currere. Magnum pondus est peccatum mortale: et tam graue quod trahit nos vsq̄ ad infernum. ergo illud deponamus: et per patientiam curramus ad propositum nobis certamen. In cursu vi-

te nostre: licet breui: multa certamina parata sunt. Habemus enim certare cum tribus capitalibus inimicis. ergo per patientiam curramus. et bene per patientiam: quoniam patientiam omnia obstacula: que sunt in cursu: leuiter transiit.

Sic martyres cucurrerunt in hac vita alacriter per patientiam ad martyrium.

Sic currebat agatha letanter ad carcerē.

Sic currebat andreas gaudēter ad crucē.

Sic currebat vincēter patienter ad crucē.

Sic currebat apostoli in cōspectu cōcilij.

Ergo sic currite. sic curramus ad propositum nobis certamen. Ad certamen istius cursus quattuor sunt necessaria.

Penitentia.

Patientia.

Voluntas.

Necessitas.

Penitentia eruit.

Patientia induit.

Voluntas currit.

Necessitas incumbit.

Penitentia eruit a nocuius.

Patientia induit necessarius.

Voluntas currit et perficit.

Necessitas incumbit et proficit.

Secunda pars.

¶ Secundo principali

ter. cursor attendit ad viam rectam. Unde moraliter sunt vię bone: et vię male. et mali currūt per malam. et singulariter per tres vias malas: que sunt

Fracundia.

Superbia.

Inuidia.

¶ De prima Proverbiorum. s. Pedes illorum ad malum currunt: et festinant vt effundant sanguinem. Secunda via superbia: de qua Job. xv. Cucurrit aduersus deum. scz superbus erecto collo. Tertia via inuidie: et illi qui currunt per illam figurantur per illum de quo qui nunciatur moysi: et cucurrit dicens recte. O cursor. o viator. o peccator: pressus pondere peccatorum. Vide vias tuas in conualle: scito quid feceris. Cursor leuis explicans vias tuas. Diere. ij. Vide teipm. vide peccatum tuum. vide quod malū et amarū sit dereliquisse dñm deū tuū. ibidē. Vide vias tuas. vide animā tuā vbi prostrata sit.

o liij

patm ē magnū pondg fo 101.

sempta

tres vię male
quas incedunt
res

1

2

3

vide iudiciū dei, derelique viā malā: quā si continuaueris deducet te ad mortem. **Cursoz leuis.** tunc homo cursoz leuis apparet: qm̄ est sine pctō: et pōt secure dicere, ps̄. lviij. Sine iniquitate cucurri et direxi, amplias vias tuas. hoc est manifestans pctā tua in penitentiā sacramēto.

Tertia pars.

Tertio principaliter

cursoz dicitur attendere finē optimā: vt app̄hendatis. Sic currūt milites ex torneamento. Sic currebat ap̄s. s. ad Cor. ix. Ego sic curro nō quasi in incertū, glo. sic curro bonū operādo: vt sum cert⁹ de premio. **Oia attrahūt ad currēdū.** et p̄sona apostolica: ego sic, et actio strenua: cursoz et merces sperata, nō qm̄ i incertū, ad Phil. ij. Nō in vacuū cucurri: neq; in vacuū laboraui, i. sine fructu. Sed vnū est qd̄ timui valde ibi dicit, oēs in stadio currūt, vbi supra.

Oēs quidē currūt: sed vn⁹ accipit brauiū. Nunq̄ d̄ de currētib⁹ qui sunt oēs non saluabū nisi vn⁹? Dic queris primo qd̄ est stadiū? Rñsio q̄ stadiū est spaciū continēs centū viginti quinque passus: q̄s hercules miles fortissimus vno anhelitu currebat: et in fine stabat et respirabat. vñ stadiū a stando dictū est: et in fine illi⁹ cursus ponebat equus: vel pannus purpureus: vel aliqd̄ aliud: et illud vocabatur brauiū. Nescitis ergo q̄ hi qui in stadio currūt: oēs quidē currūt: sed vn⁹ accipit brauiū. Ubi tria notātur.

Conditiō viatorū. hi qui in stadio currūt.

Multitudo viatorū. oēs quidē currunt.

Paucitas electoz. sed vn⁹ accipit brauiū.

In conditiōe viatorū implicant tria, videlicet describitur ista conditiō

A rectitudine, nescitis.

A breuitate, in stadio.

A labore, currūt.

Unus accipit brauiū, hic notat paucitas saluādoz iuxta illud Matt̄b. xij. et. xij.

Multi sunt vocati pauci nō electi. Sed q̄s est iste vn⁹? fm̄ gl. iste est q̄ perseuerat in bono ope vsq; ad finē. In cursu tēporali vn⁹ sol⁹ brauiū accipiebat. s. ille qui citius pueniebat. Sic i cursu sp̄iali vn⁹ tm̄ brauiū accipit. s. qui in bono ope perseuerat. qz qui perseuerauerit vsq; i finē: hic saluus erit. Matt̄b. x. et. xij. Talis vnus fuit iter alios ap̄s paulus: q̄ dice

bat. ij. Timoth. iij. Fide seruauit, bonus pugil in bello fidei, i reliqua reposita est mihi, qm̄ inde posita corona iusticie, p̄ eo iusticie: quia debet iustis: et nō peccatoribus, quā reddet mihi dñs, ex promisso nō ex debito, in illa die, scilicet in die mortis mee, iustus iudex. Istud est vltimū qd̄ attendit bonus cursoz, brauiū premii. Ergo sic currite vt cōprehendatis. Et appareat istud sic. Iste modus currēdi potest attribui

Attentis in confessione.

Deuotis in oratione.

Efficacib⁹ in tribulatione.

Dumilibus obsequendo.

Agilibus in proficiendo.

Constātib⁹ in perseuerādo:

Famosis in conferuando.

Primo sic attribuit attentis in confessione scz volentes cōfiteri peccata sua: obseruabūt modū: qm̄ primo cogitēt et recogitēt peccata sua iuxta illud, Recogitabo tibi oēs annos meos etc. et sequif. Dñe si sic vituar. Ecce in pace amaritudo mea amarissima, debz esse recogitatio pctōz. Esa. xxxvij. fuerunt enim vba regis ezechie.

Secūdo sic attribuit deuoti⁹ etc. Modus orandi registrat Mar. vj. Sic orabitur. Pater n̄r qui es in celis, nō solū deuotus in orōne obseruat sic in orōne: imo i cor⁹ poris xpi digna cōione, s. Cor. xj. Probet aut̄ seipsum hō: et sic de pane illo edat.

Tertio sic efficacibus etc. de q̄ Facio. ij. Sic loquimini: et sic facite, predicatoroz verbi dei obseruēt istud, sic istū modum: qz primo faciunt: et postmodū predicant: sicut xps: q̄ cepit facere et docere. Act. s.

Quartū sic attribuit strenuis bellatoribus: de quoz nūero fuit paulus: qui dicebat. Sic pugno, et de talibus q̄ in pugna obseruant modū vt h̄r Apoç. iij. Qui viderit sic vestierit vestimētis albis, duplici stola, vna pertinet ad corp⁹: alia ad animam. Modū in pugna contra philistēū obseruauit david: cū dixit, mutabo habitum et sic vadā ad pugnā. ij. Paral. xvij.

Quintū sic pertinet ad patientes: de quo iuditb. viij. Sic abraam: sic ysaac: sic isaacob: sic moyses: et oēs qui placuerūt deo per multas tribulationes fideles transierunt. Nam de xpo scriptum est. Nonne sic oportuit pati xpm̄ et ita intrare in gl̄iam suam, Luc. xlii. Sextum sic pertinet ad

solū

augustin

us q̄ accipit brauiū

tm̄

auer

cautos: de quo sic fuit Iosue. ij. Ubi legitur qd raab dixit exploratoribus quos absconderat. Ad montana ascendite: ne forte occurrat vobis reuertentes: ibiq; latitate diebus tribus: donec redeant: et sic ibitis per viam vestra. et sic sensum istius littere tenerē. cautela est habenda in malum culpe. contra malū pene etiā tēratio nes. **Q** Septimū sic p̄tinet ad benignos atq; misericordes: de quo Sal. vs. Alter alterius onera portate: et sic adimplebit legem xpi. adiuuicem miā impēdendo. Tale sic impleuit xps benignus et misericors. Sic et miā illius cū ipso est. Eccl. ij. et Job. iij. Iesus fatigatus ex itinere sedebat sic supra fontem. super fontem misericordie et pietatis. **Q** Octauū sic p̄tinet ad humiles: de quo sic Mar. iij. Sic decet nos implere omnem iusticiam. glo. hūilitatē. **Q** Nonum sic p̄tinet ad agiles in bonis operibus: quo sic currite vt apprehendatis. sic deū amādo timēdo memorando. Sic memor fui tui sup s̄tra. me. i ps. lxxij. **Q** Decimū sic p̄tinet ad fortes atq; constantes: de quo sic Philip. iij. Sic stete. dño charissimi. Eccl. ij. Fili accedens ad seruitutē dei sta in iusticia. et qui stat vis deus non cadat. **Q** Ultimū sic de quo. s. Lxxv. rinth. iij. Sic nos existimet homo vt ministrōs xpi. Istis modis cucurrit paulus vt cōprehēderet. vt in celo deū cognosceret. Philip. iij. Sequo: aut si quo mō cōprehendam. vt in futuro p̄fecte cogiscam. **Q** Vnius comprehensionis p̄ticipes et c.

Q Dñica in septuagesima. Sermo. ij.



Multi sunt voca

ti paucio electi. Matth. xx. De numero creaturarū rationabilū

Quedam sunt electe et ab initio confirmate.

Quedam sunt non electe et ab initio reprobate.

Quedā sunt vocate et finaliter electe.

Quedā sunt vocate et finaliter abiecte.

Q Primi et c. isti sunt boni angeli: q̄ in gratia creati sunt: et in ipsa persisterunt: et in ipsa sunt post breuē moulam. perpetuo confirmati: et sancti impeccabiles p̄ gratiam: non tñ per naturā. Et merito tales angeli sic electi possunt veraciter p̄fiteri vñ apostoli scriptū Ephē. s. Elegit nos

deus ante mundi constitutionem: vt esse mus sancti et immaculati in conspectu eius in charitate: qui p̄destinavit nos i adoptionē filioꝝ per iesum xpm in ipsis s̄m p̄positum voluntatē sue: in laudē glorie et gratie sue. Tales sunt in grādi multitudine iuxta p̄phetiā Daniel. vii. dicentis. Milia milia ministrabāt ei: et decies centena milia assistebāt ei. Et sunt multo plures q̄ ibi enumerant: qm̄ ibi ponitur numerus determinatus pro indeterminato sicut ibi. Stultoz infinitus est numerus: Eccl. s. numerus stultoz indeterminatus: o determinatus.

Q Secūdo principaliter et c. de nūero istoz sūt angeli mali/spūs maligni: q̄ creati sunt i grā sicut boni: tñ non p̄manerunt in eaz imo ab ea p̄ peccatū irremediabiliter ceciderūt reprobati a deo: de quibus p̄t̄ verificali scriptura que habet Baruch. iij. Deputatus es cū descēdentibus in infernū. **I**stud dirigitur lucifero: qui fuit p̄ncipalis inter peccātes. vbi. s. Dereliquisti fontē sapiētie. nā si in via dei ambulasses habitasses vtiq; i pace. **E**xterminati sūt et ad inferos descēderūt: et alij in locum eoz surrexerūt. s. hoies qui assumunt ad ordines angeloz. **I**sti supple mali angeli fuerūt gigantes nominati ab initio scietes bellū. Non hos elegit dñs. imo p̄pe tuo reprobavit. **S**unt maligni spūs in isto acre caliginoso existētes sicut atomi apparetēs i radjs solaribz: qui p̄ multitudinē numerari non p̄nt: vel sic arena que est i litore maris: vel sicut pluuie gutte iuxta vaticiniū Esaiē p̄phete sui libri c. xxx. Erit sicut puluis tenuis multitudo ventilantiū te: et sicut fauilla pertrāsēs multitudo eoz: qui contra te preualuerūt. **E**t eodē lib. liij. ca. scriptum est qd multi filij deserti. trāsumptiue Galat. iij. deserta est habitatio demonū a grā dei.

Q Tertio principaliter et c. siquidem omnes generaliter tam fideles q̄ infideles vocati sunt. et qui non credunt: sed in peccato decedunt: licet sint vocati: non tñ electi sed finaliter reprobati. Esa. xlvj. Ego p̄m et nouissimus vocans generationes ab exordio. de qua vocatione habet Prouer. s. Vocauit et renuistis: extendi manū meā: et nō fuit qui aspiceret. Desperixisti omne consilium meū: et increpationes meas neglexisti. Ego in interitu vestro ridebo. **Q**uo

numeri d' torm
tus p' m' torm
numeri d' torm
tus p' d' torm na

boni sermo. p̄stra

vocauit et renuistis qd.

Dñica in septuagesima

caui (inquit deus) per angelos: per patriarchas: per prophetas: per apostolos euangelistas: martyres: doctores: cōfessores: & virgines. demū et nouissime per religiosos predicatores. tamē vocationē meam renuistis. Extendi manum meam diuersa beneficia largiendo. dedi vobis esse: viuere: sentire: et intelligere. creauī vos ad imaginē meā &c. et sic de multis alijs. Desperistis omne consilium meum: qui vobis consulebā facere bonū. elegistis consiliū diaboli mūdi et carnis. Diaboli qui consulit diligere cupiditates terrenales. Mūdi qui consulit diuitias terrenales. Carnis que consulit inquirere delicias corporales. Increpatōes meas neglexistis. scilz guerras/pestes/tepestates famēs. fuerūt legati destinati. nō timebatis durissime increpātes. Ego in itineriue stro ridebo. & de vobis verificabitur propheta que habet Esai. lxx. Vocauī & nō respondistis mihi. locutus sum & nō audistis: et faciebatis malū in oculis meis & que nolui elegistis. Propter hoc hec dicit dñs deus. Ecce serui mei comedent: et vos esuriētis. ecce serui mei bibēt: & vos sitietis. ecce serui mei letabuntur: et vos confundentini: qm̄ vocauī: et non erat q̄ responderet. Esai. vlti. Isti vocati et nō electi sunt in grandi multitudine. quia stultorū infinitus est numerus. Eccles. f. ca. et lata est porta et spaciōsa via que ducit ad perditiōē: et multi sunt qui intrant p̄ eam. Math. vii.

¶ Quarto p̄ncipaliter introductū fuit &c et isti sunt de numero paucoꝝ iuxta v̄bū rheimatis preassumpti. Multi sunt vocati: pauci vero electi. In quibus v̄bis duo registrantur.

Primo viatorum numerosa pluralitas. multi sunt vocati.

Secdo comprehensōꝝ preciosa societas. pauci v̄o electi.

Utraq; pars.

¶ Prosequendo simul

de vtrac; est sciendū q̄ incipiendo a p̄ncipio vite quasi vsq; ad finē: p̄t ostendi q̄ multi sunt vocati: pauci v̄o electi: qm̄ In diluuiō multi sunt submersi. In arca pauci sunt saluati. In sodoma multi sunt cōbusti. In igne illo pauci sunt liberati.

In deserto multi sunt mortui.

In terrā bonam pauci sunt ingressi.

In bello necati sunt in copiosa multitudine.

Pauci electi pro acquirēdo certamine.

Multi ambulānt per viam latam et spaciōsam.

Pauci ambulānt per viam arctam & tēdōsam.

Multi sunt vocati ad paratū conuiuiū.

Pauci sunt satiati venientes ad p̄ncipiū.

¶ Primo &c. Voc manifestū est Deū. in multis capitulis: vbi legitur q̄ vidēs deū

q̄ multa malicia esset hoīm in terra deleuit multitudinē hoīm: immo et aialium: aque generale diluuiū imittēdo. Per diluuiū aque potest intelligi cupiditas seu auaricia mūdi. huius. q̄ sicut terra nō satiatur aqua: sic oculus auari seu cupidi satiari non p̄t. vnde Innoc. de cōdi. hu.

In satiabilis est oculus cupidi. in pre iniquitatis non satiabitur auarus impletur pecunia. infernus et perditio nunq; impletur. similiter et oculi hominis insatiabilis. Crescit amor nūmi quantum ipsa pecunia crescit. Iuuenal. In isto diluuiō multi submergunt propter cupiditatem.

multi damnantur teste Innocētio. vbi. s. &c. Multos seducit cupiditas. q̄ plures perdit auaricia. Balaā asina redarguit: & pedem sedentis attriuit: quia captus cupiditate promissōꝝ dispouerat maledicere populo israel. Numeri. xxij. Achoz populus lapidauit q̄ aurum tulit et argētū de anathemate hiericho. Jos. viij. Sieriz lepra perfudit: quia petiit et recepit argētum & vestes noīe helisei. iij. Reg. v. Judas laqueo se suspendit q̄ vendidit & tradidit xpm̄ &c. Et subdit. multos perdidit aurū et argētū. Qui aurū diligit nō iustificabit. Eccl. xxxj. Ac illis q̄ sequitur illud. sequit. cur ad cōgregandū q̄s instetur multa desideret: cū pauca sufficiāt. habentes (inquit) victum et vestitum his contenti simus.

¶ Per arcam vbi pauci saluati sunt. scilz octo persone rationales dūtaxat: intelligitur charitas sine qua nullus saluatur est nec saluabitur. de ista paucitate habetur s. Pet. iij. Paucē (inquit). s. octo anime salue facte sunt per aqua. Siquidē pauci intrant arcam istam: qm̄ pauci sunt qui habent charitatem veram. maxime in fine

129 multi perierunt cupiditate
per arcam noe desynā chari

mundi erunt pauciores: quia tunc refrigeret charitas multorum et abundabit iniquitas. Matt. 23. Per istas octo aetas intelliguntur octo gradus qui sunt in charitate. Primus est diligere deum, secundus est diligere animam propriam, tertius animam proximi, quartus corpus proprium, quintus corpus christi, sextus citius eligere mortem quam peccare mortaliter, septimus citius eligere mortem corporis quam peccare venialiter, octavus citius mori quam negare christi fidem.

Secundo principaliter et legitur Benef. 11. quod iratus dominus contra Sodomam et Gomoram omnes habitatores eius igne et sulphure combussit, quattuor personis duntaxat exceptis. Per istos habitatores, pessimi peccatores et obstinati satis congrue intelliguntur: qui in igne et sulphure in inferno perpetuo cruciabuntur. De quo igne Iuno, de vilita, condi. hu. Ignis infernalis nec lignis nutritur: nec flammis succenditur: sed a deo creatus est et inextinguibilis ab origine mundi. Ignis iniquitatis gehenne semper ardebit: et nunquam lucebit semper viret: et nunquam consumet, semper afficiet: et nunquam deficiet. De isto etiam igne loquitur beatus Grego. lib. ix. moralium hoc modo sic. Miseris finis sine fine: defectus sine defectu: mors sine morte: mors semper vivit: finis semper incipit: et defectus deficere nescit: mors perimit et non eringuit: flamma comburit: sed nequaquam tenebras excutit. Tales qui in igne et sulphure comburuntur sunt in multitudine copiosa. Multi (inquit apostolus) ambulantes quos sepe dixi vobis: nunc autem et scens dico: inimicos crucis christi, quorum finis interitus: et gloria in consensione ipsorum, Phil. 1. Per quattuor qui ignem illum sulphureum euaserunt: quattuor virtutes cardinales intellige, videlicet iustitiam, prudentiam, fortitudinem, et temperantiam. Iustitia est reddere unicuique quod suum est, temperantia servare humilitatem in prosperis, fortitudo habere patientiam in adversis, prudentiam providere futura: et considerare certitudinem mortis: et incertitudinem horum mortis. Qui habet in se istas quattuor virtutes eo modo quo dictum est: euadet combustionem sulphuream infernale, Sed isti

sunt valde pauci respectu ad alios: quia pauci sunt veraciter penitentes: in tribulatione patientes, pauci humiles in prosperis: pauci providi in extremis. de quibus, s. machab. vi. Remanserunt in sanctis viri pauci. Narratur in historia romanorum quod romulus qui fuit primus fundator vrbis: dum foderet reperit quattuor tabulas marmoreas: et in prima erat scriptum. Ex paucis plurimi. in scavo ex pluribus pauci. in tertia ex oibus nullus in quarta omnes per unum. Et per unum sanctum virum talis interpretatio facta. Ex paucis plurimi, id est ex paucis scilicet ex duobus plures nati et geniti sunt, ex plurimis pauci, id est de plurimis pauci saluati sunt, ex oibus nullus, id est ante christum nullus saluatus est, omnes per unum id est omnes qui saluati sunt et saluabuntur per christum saluati sunt et saluabuntur.

Tertio principaliter et legitur i. Exo. quod de filijs israel exeuntibus de egypto in grandi multitudine plures mortui sunt in deserto: et pauci valde de illa terra promissionis intraverunt, scilicet caleph et ioseph. Per desertum intelligitur infernus locus damnatorum: qui est desertus ab omni gloria et gratia dei, et multi ierunt, id est descendunt ad istud desertum. Legitur in libro bello de scala quod duo clerici in civitate parisiensi in studio residebant: et plurimum se mutuo diligebant, tandem unus illorum infirmatus est ad mortem: et alter venit ad eum gratia visitandi rogans quod sibi appareret post mortem significans statum suum, qui promisit si placitum esset deo, demum ille mortuus est: et post septem dies clerico vivo apparuit in studio exstentis: et vivus interrogavit spiritum defuncti qualiter sibi erat: et quomodo sibi acciderat. Et respondit quod illa die qua ipse migravit de hoc seculo: erant sex milia personarum de quibus saluate non sunt nisi sex, et de illo paucio numero per dei gratiam ego sum. Et adiecit, dico tibi (inquit defunctus) quod bene verificatur verbum eius geli. Multi sunt vocati pauci homo electi. In legenda beati Bernardi legitur quod de triginta milibus non fuerunt saluati nisi quattuor. De ista paucitate habet apostolus in capitulo. Pauca nomina in scripturis: qui non inquinaverunt vestimenta

Nota

112

112

112

9. virtutes cardinales

Dñica in septuagesima.

suā ambulāt mecum in albis: quia digni sunt: et nō delebo noia eorū de libro vite. Per illos duos q̄ ingressi sunt terrā promissionis: intelliguntur due vie perueniēdi ad gloriā. Una est via innocētie: alia via penitētie. Per primā ambulāt qui habēt gratiā baptismalē. per scđam ambulāt qui de peccatis penitent ex corde: et acquirunt gratiā sacramentalē. Et figurātur iste due vie per istos duos viros: qui fuerunt transfati in paradysum terrestrem: et illi fuerunt helias et enoch. Per enoch intelligitur via innocētie: et per heliā via penitētie. Nā ille helias fuit asperime penitētie. Reliqui hō qui non sunt innocētes: nec sunt veraciter penitentes ad inferna descendunt.

¶ Quarto p̄ncipaliter tē. de hoc habet Judicū. viij. vbi legitur q̄ cum madianite congregati fuissent contra populū dñi: et hoc ad notiā deuenisset Gedeonis: vocauit vniuersum populū: et venerūt ad eum de populo. xxxij. milia viroz. Videns autē dñs multitudinē magnā viroz pugnatoz: nolēs q̄ multitudini attribueret victoriā: dixit gedeoni quatenū faceret p̄ clamari: sicut mos erat in lege Deū. ij. c. q̄ qui edificauerat domū nouam: et ipsam dedicauerat dño deo. qui vineā plantauerat et ipsam communem non fecerat ad vescendum. qui virozem desponsauerat et ipsam nō duxerat. qui etiam corde erat formidolosus: non iret ad pugnam: sed reuertetur ad domū suam. Facta autē proclamatione: reuersi sunt de talibus in domum suam. xij. milia: etiā remanserūt ad huc duo milia. Intantum dñs videns q̄ essent multi: volens pbare qui essent apti ad pugnam: dixit gedeoni quatenus ad aquas duceret populū: et qui manu et lingua aquā lamberēt: separaret eos ad partem: q̄ illi erant apti ad pugnam: et fuerūt iunctim de primis dūtaxat. ccc. et illi fuerunt electi ad pugnam. Modus autē prelij fuit iste: qm̄ pugnatōres portabāt lagenas terreas: et infra lagenas lapides ardentēs et tubas: et cum venissent ad locū prelij: fregērūt lagenas: et tenuerunt finistris manibus lampades: et dextris manibus tubas: et clamauerunt. gladius dñi et gedeonis. Vidētes autem aduersarij tot lumina subito apparentia: et clamorē per ualidum in fugam conuersi sunt. Moralit̄

ter per populū dñi potest intelligi genus humanum. per madianitas exercitus demonum. Siquidem vidētes demones q̄ deus facit homines quatenus virtuose uiuēdo acquirunt regnū celorum: quod illi per superbiam perdidērunt: et inuidēt hominibus supra modum: et ipsos nocte dieq̄ nō desinūt totis viribus impugnatōre peccatoz multitudinē congregantes. sed gedeon: q̄ interpretatur tentatio humilitatis: designat xpm̄: qui semetipm̄ exinanituit formam serui accipiēs habitu inuentus vt homo: humiliāuit semetipm̄ Philip. ij. Per domū edificatam et dedicatam intelligitur peccatū superbie: quoniam homo frequenter superbit de domibus castris et palatijs. Per vineam intelligitur abūndantia rerum temporalium: que abundantia communis nō efficitur. quoniam homo abundans in temporalibus im̄ misericors est: et in necessitate propter temeritatem pauperibus nō elargitur. Per sponsum intelligitur fides. hāc amari et exquisiti a inuentate mea: et quasi sponsam mihi eam assumere. Sap. viij. Tūc si quidem ista sponsa non ducitur: qm̄ exteri sunt per bona opera non impletur. q̄ fides sine operibus mortua est. Iaco. ij. Per timidum et pauidum intelliguntur illi qui bonam vitam. bona opera inchoāt: vt postea incipiūt ieiunare: orare: peregrinari: et sic de alijs et sentiētes in eis aliqd̄ gratiam: aliquā difficultatem: timēt professi: et desistūt totaliter ab inceptis. Tales nō sunt boni bellatores. tales nō eliguntur ad pugnā: sed magis qui domū dedicauerunt: et vineā communē fecerunt: tales eliguntur. Apocal. xij. Rex regū et dñs dominantia est. et qui cum illo sunt vocati et electi per fideles. Per illos qui aquā manu et lingua lambunt: intelliguntur illi qui de bonis temporalibus recipiunt precise ad suam necessitatem: qualem necessitatem a domino postulauit salomon Proverb. xij. Duo rogauit te: ne deneges mihi tē. Sed per illos qui flexo poplite aquam auide bibebant: intelliguntur illi qui non solum bona temporalia ad necessitatem: immo ad superfluitatem recipiunt: quozū nō est finis acquisitiōnis: nec possessiōis eozum. Baruch. ij. Isti sunt multo plures q̄ alij infirmi et imbecilles. s. Corint̄ b. x.

due puenient
p̄ h̄am / 155

fig^a
8

Sermo. II.

CXI

Quinto principaliter dictū fuit et. De quo h̄ in nouo testamento Adar. vij. vbi sic legit. Arca est porta et spatioſa via que ducit ad p̄ditionē: et multi sunt q̄ intrant p̄ eā. *Angusta porta et arcta via q̄ ducit ad vitā: et pauci sunt q̄ inueniūt eā.* Docet experientia satis clara: q̄ q̄n porta alij cui⁹ palatii d̄r esse arcta et stricta: et multi volūt intrare: difficultas magna est i ingressu: et grandis p̄ſſura. Sic est de porta palatii paradisi: q̄n multi illā portā intrare affectant per multa desideria: et pauci faciunt opa. Siquidē scriptū est. Adſeſſio quidē multa: operarij autē pauci. Luc. x. Sup̄ quo x̄bo dicit bea. Greg. in homel. Ad melleſm licz sint multi qui audiunt: de sunt t̄n qui dicant: qd̄ sine graui merore loqui nō poſſumus. Ecce mūdus tot⁹ factodori⁹ plen⁹ est: sed in melle d̄nī q̄n nullus inuenit opator. Multi volūt intrare portā palatii: sed de facto pauci ingrediunt: q̄n angusta est supra modum. Narrat q̄ quidā magnus p̄nceps olim p̄struxit palatiū: cui⁹ titulus erat refugium miseroy. Siquidē talis erat consuetudo q̄ quicūq; forefactum fecisset: per qd̄ factū morte meruisset: d̄n̄ t̄n palatiū ingredi poſſet: vite et libertati restituēbat. S̄z ingressus erat multū difficilis: q̄n anq; ingrederetur: requirebatur et necessario oportebat ipsium coma nudari: et cunctis vestibus expoliari: et sacco durissimo vestiri: ac etiā circumdari. Et in porta palatii sic erat scriptum. Luge plora gaude. Per istud palatiū moraliter pōt intelligi penitētia. que p̄nā est vltimū refugium miseroy. i. peccatoy. nā aliter saluari nō p̄nt. quicūq; in conspectu dei peccauerit: duz t̄n peniteat veraciter et non false: vite et libertati restituētur: q̄n resurget ad grāz immo ad maiore h̄m op̄i. doctorū q̄ fue: rit illa a qua cecidit per peccatū. In sup̄ opz talē ingredientē coma et vestib⁹ nudari. i. oibus peccatis carnalib⁹ et sp̄ali bus oibus cogitationibus et operatōib⁹ bus p̄ veram p̄fessionē exiri: et p̄fecte nudari: et tunc inueniet scriptū: Luge plora gaude. ad designandū q̄ vere penitentes debēt lugere de culpa cōmissa: et gaudere de venia. q̄n et gaudiū est angelis dei su per vno pctōre penitētia agente. Luc. xv. Debet et talis ingrediens indui sacco durissimo. scz stute humilitatis ad modum

publicanti: qui se humiliavit: et per conse quēs descendit iustificat⁹ in domū suam Luce. xviij. Nō solū angusta porta. imo et arcta via. scz penitētia: in qua sunt tres dis ete. scz contritio/ confessio/ et satisfactio. Pauci istā viā inueniunt: q̄n timidum est q̄ pauci verā penitētia faciant: quia vel nō integraliter p̄fiteſt: vel nō dolent de malis cōmissis: vel nō proponūt vitā suā firmiter emēdare: vel nō satisfaciunt sicut poſſunt: vel nō implent penitētia impositā et iniunctā. Et de ista paucitas re habet in ps. cvj. Pauci facti sunt: et verati sunt p̄ penitētia: a tribulatione ma loz et dolore. Sed per oppositū lata por ta et spatioſa via etc. et multi sunt qui in trant per eā. Et ratio pōt esse: q̄n facilius est facere malū q̄ bonum. Et poſſunt ad duci varie rationes. Prima qz magz corz pus inclināt ad malū q̄ ad bonum: quia sicut dicit sapiēs Sap. ix. Corp⁹ quod corrupit aggrauat aiām. Scda rō: qz fa cili⁹ est descendere q̄ ascendere: et qui pec cat descendit ad infernū per reatum culz pe. qui meretur ascendit ad celū. Tertia ra tio: qz necessitas ad malū p̄ns est. scz fo mes peccati. necessitas boni absens est. scz finis virtut⁹. Quarta ratio: qz plures cir cūstantie requiruntur ad bonū q̄ ad malū ad bonū requirunt q̄ oēs circūstantie sint bone: sed ad malū sufficit q̄ vna circūsta tia sit mala. Et ista est rō aristotel. in lib. ethic. Quinta rō: qz q̄n peccam⁹ redim⁹ ad n̄m principū. scz ad nihilū: ergo bene dictū est q̄ spatioſa via etc. In qua sunt tres male diete. Prima est mala cogita tio. scz mala cōsensus. tertia malū opz. Multi ambulāt per viā istam. Josue. xj. Populus mult⁹ nimis sicut arena q̄ est i litore maris. Talis enī populus multus est arenosus sterilis sine fructu bonorum operū. sine fructu meritoy.

Sermo principalr etc. Regitur in euang elio in duobus locis q̄ multi fuerūt vo cati ad cenam. ad nuptias: sed inuitati se multipliciter excusantes: pauci valde ad cenā et ad nuptias sunt ingressi. Moraliter per cenam intelligitur gloria paradisi de qua Luce. xiiij. Homo quidā fecit cenā magnā et vocauit multos. Iste homo est iesus x̄ps deus et homo: qui h̄m beatum Grego. in homel. fecit cenā magnā: qz no bis latietatē eterne dulcedinis preparas

tres viate in vi
p̄nse

E
facili⁹ ē facere
malū q̄ bonū

tres viate
via p̄ditionis

per cenā in
glia paradisi

22

112

113

116

Dñica in septuagesima.

uit qui vocavit multos. s. p. fidē. sed pau
ci veniūt: qz eterno eius cōmūio male vi
tuendo p̄tradicūt. Multi etiā vocati sunt
ad nuptias eternales padis celestis. In
q̄bus nuptiis sponsus des̄ beatificās. sp̄s
sa aīa beata. thalamus nuptiarū sup̄mū
celū vocatū empyreū. Vocalia que dātur
in nuptiis septē dotes. tres aīe: et quat
tuor: corporū. anulus lumen glorie q̄ vni
tur sponsa et desponsatur sponso in glia.
perūtamen vocati et inuitati neglexerūt
venire ad nuptias: qm̄ alius iuit ad villā
alius ad negociationē suā: alij seruos do
mini occiderūt. Per primū qui iuit ad vil
lam intelligit superbia mūdānaliū. Per
secūm auaricia sp̄aliū. Per terciū luxuria
voluptatū carnaliū: qm̄ carnalia pctā bo
nas inspiraciones: q̄ sunt boni nūcij de
stinati a deo: interficiūt et occidūt. Et sic
de multis vocatis pauci ad nuptias itra
uerūt: qm̄ scriptū est in fine illius euāges
lij: q̄ multi sunt vocati: et pauci sunt ele
cti. Pōt declarari per alia exēpla qm̄ mul
ti canonici vocati ad electionez epi: sed
precipue vnus eligit. Et dicit apls i epi
sola. j. cor. ix. q̄ oēs currunt: sed vn⁹ ac
cipit brauium. Etiā in messe multū dī esse
de palea: sed modicū de grano. Per mes
sem intelligitur finis mūdi. messorēs sunt
angeli: qui eligent bonos in vasa sua: ma
los foras mitter. Per paleā pctōies desi
gnant: qui alligabūtur i fasciculos ad cō
burendū. Per triticū intelligunt electi et
iusti: qui in hocre paradisi in arca glie
reponentur. Ad quam ꝛc.

minū qui p̄pter triā consueuerūt vocari
ab aliquo. quia vocatur
Primo amicus curialiter inuitatus ad
consolationem.

Secūdo ille qui fideliter laborauit vt ac
cipiat remuneracionē.

Tertio reus et malefactor: ad dādum sibi
punitiōem.

¶ Primo dicit q̄ vocat curialiter amicus
qui inuitat ad consolationē. Docet enim
experientia: q̄ qñ aliq̄s facit conuiuium
cōsuevit vocare parētes et amicos: vt cuz
eis habeat gaudiū et p̄solationē. Ita ha
betur Job. j. c. vbi legimus. q̄ iob q̄ erat
vir magnus inter oēs orientales: habe
bat septē filios: et tres filias: et filij ei⁹ fa
ciebant conuiuia per domos: quilibet in
die suo. Et dicit tertus. q̄ etiā mittentes
vocabāt tres forores suas: vt comederēt
et biberēt cum eis. Etiam habemus exē
plum. ij. Reg. xij. vbi legitur q̄ cum abs
salon tonderet oues suas: fecit conuiuiū
quasi conuiuiū regis: et vocauit absalon
oēs filios regis. Apparet igit prima clau
sula p̄sumpta.

¶ Secūdo dicit q̄ vocat qui fideliter labo
rauit: vt accipiat remuneracionē. Docet
cōmunis experientia q̄ qñ aliquis p̄duci
tur ad operandū vel laborandū termina
to opere et cōsummato: conductor vocat
eum: et dat sibi mercedem. Ita legimus
Tobie. xij. vbi dī q̄ cum angelus raphael
in effigie hoīs fuisset cōductus per tobiā
et associasset filiū suū vsq̄ rages ciuitatē
medoz: ac direxisset: tobiās credēs ip̄suz
esse hoīem: dixit filio suo. Quid possum⁹
dare viro isti sancto: qui venit tecū? At
filius. Rogo te p̄ vt roges eū si dignaret
mediatē eoz que allata sunt assumere.
Et vocātes eū tulerūt eum ad partem. et
rogare ceperunt vt dignaretur dimidiā
partem orum que attulerūt accipiam ha
bere. Etiā legitur in euangelio hodierno
de illo patrefamilias qui adduxerat ope
rarios in vineam suam: q̄ terminato la
bore ait procuratori. Voca operarios: et
redde illis mercedem suaz. Apparet igit
secunda pars.

¶ Tertio dicit q̄ vocatur reus: vt detur
ei grauis pena vel punitio. Videmus ma
nifeste q̄ iudex quando videt et scit ali
quem deliquisse: vocat talem malefactorē
et punit. Ita legit Beñ. iij. vbi habetur:

ppz. 3. solz aliq̄s boīa

ep̄re. sp̄sus.
ensa. thalam⁹
calja. anul⁹

messores
triticū

¶ Dñica. ij. post festum trinitatis. Vocat
uit multos.

¶ Dominica. xvij. post trinitatez. Vocati
estis.

¶ Dominica. xx. post trinitatem. Multi
sunt vocati.

¶ Dñica secūda in. xl. Vocauit nos de in
sanctificationem.

¶ Dñica in septuagesima. Sermo. iij.



Multi sunt voca
ti. Mat. xx. Inuenio in sa
cra scriptura: et docet idem
cōmunis experientia in na
tura: q̄ tres sunt status ho

du

¶ cum adam peccasset comedendo de li-
gno vitæ: audiens vocē dñi deambulan-
tis in paradiso: abscondit se adam a fa-
cie dñi in medio ligni paradisi. Vocavit
q̄ dñs adam ⁊ dixit ei. Adam vbi es? qui
ait. Vocem tuā audiui in paradiso: et tim-
ui: eo q̄ nudus essem: et abscondi me.
sequitur punitio. Quia audiuit vocē vro-
ris tue: ⁊ comedisti de ligno ex quo pre-
ceperas tibi ne comederes: maledicta ter-
ra in opere tuo: spinas et tribulos germi-
nabit tibi. In sudore vultus tui velceris
pane tuo. Apparet igitur tertia pars ⁊ per
consequens ⁊c.

¶ Ab eo predicta nostro pposito appli-
cādo: inuenio q̄ deo pertinet ista tria da-
re, et dantur de facto multis hominibus
mundi. Nam

Primo donat consolationē: et nos inuis-
tat ad suā gloriā gratiose.

Secundo donat retributionem benefa-
cientibus et mercedem et premiū con-
ueniens.

Tertio donat punitionem malis de suis
demeritis.

¶ Primo dixi q̄ inuitat oēs ad suam glo-
riam. s. Pet. vltimo. Deus omnis gratie
vocavit nos in eternam suam gloriā. Et
Luc. xiii. dicitur q̄ homo quidā fecit ce-
nam magnā. s. in glo. i. nobis eterne vite
dulcedinē parauit. et vocavit multos: q̄
bonos ⁊ malos. In hac enī cena ē copia
omnium que possunt desiderari. ps. xvi.
Satiabor cum apparuerit gloria tua.
quia vt dicit Bernard. quicquid deside-
rabimus habebimus: nihil aliud deside-
rantes.

¶ Secundo dixi q̄ dabit benefacientib⁹
retributionem. Ita dicitur Eccli. xxxv. Da
altissimo s. in donatū (als datum) eius.
qm̄ dominus retribuens est: et septies
reddet tibi. Quare cum ipse ita abundan-
ter remunerat. q̄ dat vltra q̄ mereamur
ideo continue debemus laborare i bonis
operibus. ideo dicit Hieronym. in qua-
dam epistola: q̄ null⁹ labor durus: nul-
lū tempus longum videri debet quo glo-
ria eternitatis acq̄ritur. hec ille.

¶ Tertio dixi q̄ malis dabit duram ⁊ gra-
uem punitionem. Ita dicitur Eccli. xxi. c.
Altissimus odio habet peccatores: ⁊ im-
pijs et peccatoribus reddet vindictam.
Etiam Gregor. xxi. libro moralium. Altis-

simus est patiens redditor: quia peccata
hominū et patitur et reddit. nam quos
dum vt conuertantur tolerat: non cōuer-
sos durius damnat. hec ille. Ex antedis-
ctis. scilz ex maiori et minori fiat ratio.
Aperte igitur concludatur q̄ multi sunt
per ipsum inuitati: remunerati: et puni-
ti. q̄ multi sunt etiā vocati. que sunt ver-
ba thematis. In quib⁹ duo vidēda sunt.
Primo vocationis ratio: quia vocati
sunt.

Secundo vocatoꝝ multiplicatio: q̄ mul-
ti sunt.

Prima pars

¶ Quoad primum sci-
endum q̄ Christus nos vocat specialiter
ad tria.

Primo ad penitentie actionē.

Secundo ad fidei illuminationē.

Tertio ad tribulationis sustentatio-
nem.

¶ Dixi primo q̄ divina gratia nos vocat
ad penitentie actionē. Ita scribitur Luc
v. Non veni vocare iustos: sed peccato-
res ad penitentiam. Ratio est: q̄ per peni-
tentiam deus nobis suam gratiā ostendit:
quia ipsum iratum placamus: ⁊ angelos
lasciamus.

¶ Primo dixi q̄ per penitentiam de⁹ pla-
catur: quia quantumcūq̄ aliquis sit cri-
minosus et peccator: ac deum offenderit:
statim cum penitentiam agit de peccat⁹:
deus placatur: et indulgentiam confes-
quitur. et amicum et patrem dominū sibi
constituit. Unde de hoc loquens Bernard.
in quodam sermone ita dicit. O humilis
tas penitentium. o beata spes confiten-
tium. quantum vales apud omnipotentē.
q̄ cito vincis inuincibile. q̄ cito tremē-
bundū iudicem conuertis in piissimū pa-
trem. hec ille. Voc idem pater in vitaspa-
trum: vbi legitur q̄ quidam frater inters-
rogauit abbate dicens. Pater feci peccatū
grande: ⁊ volo penitere per triennium.
Respondit. Multum est. Et frater. Et si p̄
annum. Respondit multum est. Et frater
Et si per. lx. dies. ait. Multum est. Ego
enim puto q̄ si ex toto corde penituerit
homo. etiam triduanā penitentiam susci-
piat: parcat sibi de⁹. q̄ scribitur in ps. l.
